

Pervenit.
Responso.
Sacro.
Si aliquando.
Vt fama:

147
184
197
182
174

de Verborum signifi-
catione.

208

Novimus.
Olim.

214
208



PROSPERI FAGNA
NI COMMENTARIA
IN SECUNDAM PARTEM QVINTI LIBRI
DECRETALIVM.

DE EXCESSIBVS

Pralatorum, & Subditorum.

Cap. Sicut unire.

S V M M A R I V M.

ABBAS monasterium suum alteri monasterio subijcere, vel unire non potest sine auctoritate diocesani etiam de Metropolitani consensu.

- 1 Inter potestatem Praepositi, & potestatem Episcoporum qua sit proportio.
- 2 Papa potest Episcopatus unire etiam sine causa, & sine alicujus consilio, vel consensu.
- 3 Papa non consuevit, nec potest ardua expedire sine consilio Cardinalium de potestate ordinaria, secus de potestate absoluta.
- 4 Vnio, & subiectio Episcopatum est soli Papae reservata.
- 5 Concilium provinciale debet examinare quas Cathedralis invicem unire, vel novis conventibus augere expediat.
- 6 Causis Papae reservatis qui sint remissivae.
- 7 Archiepiscopus licet sit iudex ordinarius suorum Suffraganeorum, nullam tamen jurisdictionem exercere potest in eorum diocesis nisi in casibus in jure expressis.
- 8 Metropolitanus Episcopo nolente, aut negligente non potest unire beneficia simplicia Praebendis Canonialibus, ibidem.
- 9 Episcopus auctoritate propria potest duo monasteria suae diocesis non exempta invicem unire, aut unum alteri subijcere.
- 10 Beneficia unius diocesis ex quacumque causa ab Episcopo uniri non possunt beneficiis alterius diocesis.
- 11 Vnio Ecclesiarum exemptarum cujus auctoritate sit facienda.
- 12 Vnio an possit Pralatus inferior Ecclesias sibi pleno jure subiectas, & m. seqq. usque ad n. 19. prosp. Fagn. in 2. p. 5. lib. Decretal.

- 13 Quid sit Pralatus sit exemptus.
- 14 Et quid sit in certa parte diocesis jurisdictionem habeat Episcopalem, & n. n. 10. & seqq.
- 15 Et quid si facultatem uniendo acquirerit a prescriptione, vel privilegio.
- 16 Vnio est jurisdictionis Episcopalis.
- 17 Pralatus inferior habens in loco jurisdictionem quasi Episcopalem potest explicare omnia quae ad Episcopalem jurisdictionem pertinent, ibidem.
- 18 Pralatus inferior dicitur habere jurisdictionem quasi Episcopalem si habeat Ecclesias sibi pleno jure subiectas.
- 19 Abbates exempti, & jurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem habentes non possunt unire beneficia simplicia praebendis Canonialibus in vim c. 15. l. 24. Conc. Trid.
- 20 Vnio an possit Episcopus beneficia propter suam negligentiam ad Sedem Apostolicam devoluta, & m. seqq.
- 21 Vnio non est actus omnino voluntarius, sed requirit causam utilitatis, vel necessitatis.
- 22 Vnio an possit Episcopus beneficia Sedi Apostolica reservata, vel affecta, & m. seqq. usque ad n. 38.
- 23 Vnio facta ab Episcopo de beneficio reservato suspenditur donec Papa contulerit, & provisus Apostolicus beneficium dimiserit. Declaratur n. 25. & 33.
- 24 Vnio non sortitur effectum in praedictum exspectantis, sed manet in suspensio usque ad illius obitum, vel resignationem.
- 25 Quod procedit si gratia exspectativa praecedat unionem, sed si unio praecedat gratiam, vel reservationem, collatio Apostolica est nulla non facta mentione unionis.
- 26 Et quid sit collatio facta fuerit motu proprio.
- 27 Vnio an possit Pralatus inferior Ecclesias sibi pleno jure subiectas, & m. seqq. usque ad n. 19. prosp. Fagn. in 2. p. 5. lib. Decretal.
- 28 Clausula suspensiva quarumcumque unionum in litteris reservationis suspensit etiam uniones factas Seminario.

PRO-

A

Vnio

Vnio de beneficio uicentis ualeat, sed suspenditur si contingat illud resignari, & resignacionem admitti per Sedem Apostolicam, ibidem.

29 Vnre non potest Episcopus beneficium reservatum dispositioni, seu ordinationi Apostolice.

30 Idem in reservato collationi, vel provisioni Papae si reservatio sit perpetua.

31 Vnre potest Episcopus ex Concilio Tridentino beneficia curata, vel non curata cum curatis qualitercunque sint reservata, vel affecta.

32 Et quid in reservatis dispositioni, vel ordinationi Apostolice.

33 Vnre potest Episcopus dignitati curate aliam dignitatem.

34 Non tamen unire potest Hospit alia etiam si dicitur in titulum, & in eo nulla exerceatur hospitalitas.

35 Vnre potest Episcopus beneficia simplicia etiam reservata, vel affecta, praebeatis Cathedralium, vel Collegiarum Ecclesiarum.

36 Item Seminario Clericorum.

37 Et quid post decretum Clementis VIII.

38 Cardinalis Episcopus an unire possit Seminario ante vacationem beneficia, quae sibi pro uicere vacarent, non obstantibus reservationibus ad sua collationem pertinerent, & n. seg. usq. ad n. 47.

39 Vnre potest Episcopus in vim Concilij Seminario Clericorum beneficia etiam tempore unionis reservata, vel affecta, & n. 43.

40 Clementis VIII. decretum de beneficiis affectis Seminario non univendis expenditur, & n. seg.

41 Indultum Cardinalium non ampliat potestatem ordinariam conferendi, sed praeferat tollendo obstantia, & n. 46.

42 Casus eventusq. attendi, & considerari non debet.

43 Verba, vacare congerit, sunt futuri temporis, & excludunt vacantia.

44 Ratione legis cessante an cesset illius dispositio.

45 Cardinalis Episcopus habens indultum an unire possit Seminario beneficia duplici reservatione personali reservata, vel affecta non obstante Decreta Clementis VIII. & n. seg. usque ad n. 51.

48 Indultum Cardinalium non comprehendit beneficia reservata a duplici affectione personali, seu coequali, & n. 50.

Et quid si reservationes sint dispares, ibidem, vers. Sin autem.

49 Littera D. N. Urbani VIII. declaratorie Decreti Clementis VIII. de beneficiis affectis Seminario non univendis referuntur.

51 Vnio beneficij litigiosi facta Seminario ad praescriptum Concilij Tridentini an sit valida, necne, & n. seg. usque in fin.

52 Beneficium an ratione litis censetur affectum.

53 Beneficium esse litigiosum minus est, quam esse reservatum.

54 Lus super beneficio est qualitas suspensiva, & velat inhibitio temporalis, quam minus Ordinarij legantur, ut in ius eum non conferat.

55 Collatio beneficij litigiosi pendet à futuro litis eventu.

56 Dicitur, etiam si, ampliat dispositionem, & impliat eam magis dubitabilem.

57 Reservatio ob vacationem in Curia est clausa in corpore iuris, & nulla maior, aut potentior invenitur.

58 Rota decisit in causa Cordubensi super unione beneficij litigiosi resellitur.

59 In differendis specie in eo, quod plus est, non continetur id, quod minus est.

60 Litigium, & reservatio in quibus differant.

61 Qua differunt in quantitate temporis non differunt specie.

62 Vnio in quibus differat à collatione.

63 Concurfus requiritur in Parochialibus etiam litigiosis.

64 Vnre an possit Episcopus Seminario beneficia litigiosa non obstante Decreto Clementis VIII. prohibente fieri uniones de reservatis, vel affectis.

SICUT UNIRE. Abbas monasterium suum alteri monasterio subijcere, vel unire non potest sine auctoritate Diocesani etiam de Metropolitanis consensu. Hoc dicit, Dividitur in tres partes. In prima ponit quandam similitudinem. In secunda narrat factum, quod infirmam mandabat ibi, tum itaque, in tertia solvit obstaculum ibi, non obstante.

Nota primum ex principio textus similitudinem, & proportionem inter potestatem Papae, & potestatem Episcoporum; nam quemadmodum spectat ad Papam unio, & subiectio Episcopatum in Ecclesia universalis, ita ad Episcopum pertinet unio, & subiectio inferiorum Ecclesiarum in sua diocesi, ut hic est casus. Unde videtur de iure potestatem arguendam, ut possit Episcopus in diocesi sua quicquid potest Romanus Pontifex in tota Ecclesia, quod non est verum secundum Vincentium, & Petrum de Anchar. hic in primo not. & scripsi simile in cap. 1. à nu. 28. supra de offic. ordin. similitudo enim hic posita, ut ad veritatem Cardinalis num. 3. in prima opposit. in hoc consistit; quod sicut Papa solus potest Cathedralis Ecclesias unire privatim ad Episcopos, ita Episcopi soli unire possunt Ecclesias suae diocesis privatim ad inferiores Praelatos. Atque ita similitudo inducitur non ad comparandum potentiam Papae potentiae Episcoporum quoad magnitudinem, sed quoad excludendos inferiores; in reliquis autem similitudo non est omnimoda: nam in unione Episcopi requiritur causa, ut cap. 1. de his, quae sunt à Prael. & cap. 1. de reb. Eccles. non alienand. sed Papa etiam sine causa potest, secundum Cardin. ubi supra, & Abb. in 2. notab. Praeterea Papa potest Episcopos unire sine alicuius consensu, vel consensu, cap. Cuncta per mundum, & cap. Per principalem, 9. q. 3. & arg. cap. fin. infra eod. Episcopus autem hoc non potest absque consensu Capituli, ut est textus in cap. Pastoralis, in fine, de donat. & hodie est expeditum in Clem. Si una, de reb. Eccles. non alienand. Rota decis. 133. n. 2. 9. & 10. per 2. divers. ubi plenè videas de huiusmodi consensu, quam differentiam constituit hic Vincentius, & post eum Host. & Jo. Andr. ambo n. 1. in ver. Ita Henric. Boich. in princip. Cardin. n. 3. in prima opposit. Anchar. n. 1. & Abb. nu. 1. Subdit tamen Vincentius nec Papam consuevit hae, & alia ardua sibi reservata expedire sine consensu fratrum suorum, id est Cardinalium, neque hoc facere posse de potestate ordinaria, cap. Novit, supra de his, quae sunt à Prael. licet secus sit, de potestate absoluta, ut cap. Proposuit, supra de concess. praeb.

praebeatis, quod singulare dictum sequuntur hic totidem verbis Host. Io. Andr. & alij proximè citati. Quibus suffragantur Canonici, & Doctores, qui asserunt decere Papam, & honestum esse Cardinalium consilia adhibere, non autem illum omnino ad id compelli, cap. Fundamenta, §. Decet, & ibi glof. in verb. Contingeret, de elect. lib. 6. glof. 1. in cap. Ad Apostolica, de re iudic. eod. lib. Ioan. Mo nach. in cap. Super eo, de heret. in 6. qui tamen adijcit in his actibus Collegium Cardinalium esse in possessione, ut ipsorum consilia exquirantur, Felin. Dec. & Bero. in rubr. supra de consuet. Tu vero de his vide Cardinal. Paleott. in tract. de sacr. Consistor. consultation. part. 1. qu. 3. ubertimè differenter. In primo articulo quo sensu accipiatur plenitudo potestatis Papae, & in quo differat ab ordinaria. In secundo an Papa de potestate ordinaria teneatur in audis consensum, aut consilium Cardinalium adhibere. In tertio, & quarto quid si utatur plenitudine potestatis. In quinto, & sexto an pure divino, vel naturali, aut gentium teneatur in audis eorumdem consilium exquirere. In septimo an si non requirit, actus ab eo gestus reddatur nullus. Et in octavo an ubi consilium requirit, teneatur illud sequi.

Secundo nota duos casus Papae reservatos, videlicet unionem, & subjectionem Episcopatum, ut hic per Io. Andr. in princip. qui supplet verbum, tantum, Burr. Cardinal. & Anchar. omnes nu. 2. Abb. & Marian. Socin. ambo in cap. 12. not. Concordat Concilium Tridentinum in cap. 12. sess. 24. ubi statuitur, ut Concilium provinciale tantummodo examinet vocatis, quorum interest, & diligenter expendat quas Cathedralis Ecclesias propter angustias, tenuitatemque invicem unire, vel novis proventibus augere expediat, consecutaque de praemissis instrumenta ad Summum Romanum Pontificem mittat, quibus instructus Summus Pontifex ex prudentia sua, prout expedire judicaverit, aut tenuerit invicem uniat, aut aliqua coeessione ex fructibus augeat. Hos, & alios casus Papae reservatos undecim numero recenset, & quatuor verbis comprehendit glof. hic item glof. 1. in e. quod translationem, de offic. Leg. & plenius Host. hic num. 1. ubi illos viginti septem carminibus complectitur, per quos comprehendit casus nonaginta & unum; quos tamen non exponit hic, sed ponit, & plenissime exponit in summ. de offic. Legat. §. Quod pertinet, vers. Ibi quidem, Speculat. autem in tit. 2. de Legat. §. Nunc ostendendum, terminavit casus octuaginta & novum.

Tertio notat in vers. Non obstante, Archiepiscopus non esse iudicem ordinarium totius provinciae, quia licet omnium Suffraganeorum provinciae suae sit Ordinarius, ut cap. Pastoralis, supra de offic. Ordinarij, non tamen est Ordinarius subditorum eorumdem Suffraganeorum, nec in eorum diocesi potest ullam jurisdictionem exercere, nisi in casibus in iure expressis, ut hic est casus, concordat cap. 1. & 2. cap. Archiepiscopus, & cap. seq. 9. qu. 3. cap. Duo simul, supra de offic. Ordinarij, & hoc pro regula constituit hic glof. l. Burr. nu. 5. Cardinal. num. 2. in 3. not. & sicut n. 3. in 4. opposit. Abb. n. 4. & Marian. Socin. n. 3. not. Casus autem in iure exceptos enumerat glof. l. de cap. Pastoralis, in ver. Exceptis quibusdam articulis, & laus prosequuntur Moderni in summ. Bullar. in ver. Archiepiscopi auctoritas. Item nota inter casus in iure exceptos, Praesp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

ceptos non reperit facultatem univendi, ut hic patet: unde cum fructus praebendarum Collegiate Ecclesiae oppidi de Exea essent adeo tenues, ut vix sustentationi Canonicorum sufficerent, & fuisset peritum declarari à Sacra Congregatione Concilij an Episcopus eis unire posset aliqua simplicia beneficia, & eo nolente, vel negligente Metropolitanus: responsum est Episcopum posse, non tamen teneri Metropolitanum vero in hoc non posse supplere.

Quarto nota regulam cum duabus limitationibus. Regula est, Episcopus posse auctoritate propria duo monasteria invicem unire, aut unum alteri subijcere, ut à contrario probat littera ibi, assensa tuo minime requisita, nec non ibi, te inconsulto. Prima limitatio est dummodo utrumque monasterium sit in sua diocesi, alia secus, ut probatur ex illis verbis, Monasterium suum, quod est in sua diocesi, & hodie est expeditum in Decreto Concilij Tridentini cap. 9. sess. 14. ubi generaliter statuitur, ut beneficia unius diocesis etiam in parochiales Ecclesiae vicariae perpetuae, aut simplicia beneficia, seu praestimonialia, aut praestimonialia portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut alia quacunque de causa alterius diocesis beneficio, aut monasterio, seu Collegio, vel loco etiam pio perpetuo non uniantur. Secunda limitatio est dummodo neutrum monasterium sit exemptionis privilegio munitum, ut inquit littera ibi, de tuo debet ordinari consensu; & utramque limitationem posuit glof. hic in ver. In tua diocesi, & Host. nu. 1. in ver. Sua diocesis, & num. 2. in ver. Auctoritate nostra. An autem Ecclesiam non exemptam Episcopus unire possit Ecclesiae exemptae, vel e converso ponit hic Marian. Socin. in 3. articulo principali in 4. & 5. quae num. 61. & 62. Item eius auctoritate unio Ecclesiarum exemptionum facienda sit, declarat Lapsus in Clem. 1. §. Ad hac, de stat. monachor. ubi dicit Io. Andr. sibi consultantem rescripsisse super hac unione recurrendum fore ad Papam per notata in cap. Auctoritate, de privileg. lib. 6. in cap. Peniens, de verb. signific. eod. lib. & in cap. Cum nullus, in fin. de tempor. ordinat. lib. 6. Ipse autem Lapsus dicit hoc procedere in unione locorum exemptorum ad invicem faciendam, & quae subsunt immediatè Papae, secus si alij, quia tunc sufficit consensus illius, cui subsunt nec requiritur licentia Papae. Quod intelligitur Cardinalis quando subsunt ipsi pleno iure; tunc enim intelligitur habere quali jurisdictionem Episcopalem secundum ea, quae dicuntur infra in ultimo notab. & sequitur Marian. Socin. in 3. quae. ejusdem articuli 4. nu. 60.

Ultimò nota Abbates non posse Ecclesias unire, vel unam alteri subijcere quantumcumque Ecclesiae ipsae ad illos spectent pleno iure, cum hoc sit Episcopale, ut formaliter hic dicit Innoc. quem totidem verbis sequuntur Abb. Antiq. in princip. vers. & nota, Io. Andr. num. 2. in ver. Vnio, Collectar. nu. 7. Henric. Boich. post princ. vers. Et nota, Batrius, nu. 4. Cardinal. nu. 3. in 2. opposit. Anchar. eodem nu. & Marian. Socin. in 2. notab. idem firmat Host. in cap. Quia nonnulli, in ver. Parochiales, supra de Cler. non resident. Archid. in cap. Cum singula, in verb. Annexae, de praeb. lib. 6. glof. Io. Andr. in Clem. Si una, in ver. Episcopum, de reb. Eccles. non alienand. de quo est hodie casus in Clem. Ne in agro, §. Ad hac, de stat. Monachor. secundum glof. ibi in ver.

Ordinarios, & ita communiter tenere Doctores antiquos testatur hic Marian. Socin. in 3. articulo principali, qu. 7. num. 41. Quod procedit etiam Abbatibus, seu alijs Episcopis inferioribus sicut exemplum dicitur Zenzelin. Guil. de Monte Laud. in Clem. unica, super ver. Applicent. de supplen. neglij. Pralat. & Henrich. Boich. ubi supra. Rursus hoc vendicat sibi locum etiam inferior in certa parte diocesis habeat quasi Episcopalem in jurisdictionem juxta terminos cap. Auditis, de prescript. quia nihilominus non potest unire, ut tenet Cardin. loc. cit. allegans glof. in d. Clem. Summa, & Innoc. in cap. Cum dilectus, in glof. in ver. Ioannes dixit, de Constituta.

Verum Abbas hic nu. 3. sic distinguit: Aut inferior vult ex sua potestate ordinaria hanc unionem facere; & non potest, quia haec tanquam graviora solis Episcopis sunt reservata, ut hic, Fallit ubi Praelatus inferior praescripserit hanc potestatem uniendo: est enim praescriptibilis, cum sit jurisdictionis, ut in cap. Ascenditibus, infra de privileg. & voluit glof. not. in Clem. Nemo agro, §. Ad haec, in ver. Ordinarios, de stat. Monachor. quam ibi sequuntur Zenzelin Guil. & Cardin. & Domini de Rota decis. 1. num. 3. de offi. Legat. in novis, & decis. 2. num. 2. eod. tit. in antiq. & post alios Marian Socin. hic in 3. articulo principali, qu. 9. nu. 46. & seqq. Aut inferior Praelatus vult unionem facere auctoritate speciali, ut in illis Ecclesijs competit sibi jurisdictione quasi Episcopalis ex praescriptione, vel privilegio, & potest: nam cum habeat quasi Episcopalem jurisdictionem, & unire sit jurisdictionis Episcopalis, utique unire poterit: & circa hoc dat regulam, quod omnia pertinentia ad Episcopalem jurisdictionem explicari possunt per inferiorem Praelatum habentem in loco jurisdictionem quasi Episcopalem; ad hoc glof. notab. in Clem. 1. in ver. Proprii, de reb. Eccl. non alienand. notat Innoc. in cap. 2. supra de translat. & Feder. de Senis conf. 14. incipien. Monachus Perusinus, num. 4. Atque

ita communis opinio Antiquorum in hac quaestione secundum eum non videtur vera: nam si Ecclesiae sunt inferiori pleno jure subiectae, videtur ibi inferior habere jurisdictionem quasi Episcopalem, facit rex. in cap. Quomam, & cap. seq. cum utrobique notat. infra de privileg. & in cap. unic. de capell. Monachor. & in cap. Cum ex injuncto, in fin. de heret. & in hoc refidet Abbas, quem totidem verbis sequitur hic Marian. Socin. in 3. articulo principali, qu. 7. num. 41. & seq. subdens pro hac opinione consuluisse Dionysium de Perusio, consil. 51. quod incipit. Viso quodam exemplo, ubi ait: Sicut Episcopo cum Capitulo est permillum praebendas minuire, ac etiam dignitates dividere, unire, & mutare, ut in cap. Cum accessissent, supra de Constit. & hic eod. modo Abbati, aut alteri inferiori, qui sit exemptus, & habeat Ecclesiam sibi pleno jure subiectas, vel dignoscatur jura Episcopalia obtinere, secundum Innoc. in cap. Cum inter, supra de re judicat. & in cap. Volentes, de privileg. lib. 6. Et hanc posteriorem sententiam alius probavit S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum: censuit enim inferiores Episcopo non posse unire, nisi hanc facultatem legitime praescripserint, aut ex privilegio in Ecclesia sibi pleno jure subiecta jurisdictionem quasi Episcopalem habeant in omnibus, & per omnia; alioquin unionem ab Episcopo faciendam esse cum consensu

ipsius inferioris, & Capituli. Alias tamen consultari an Abbates exempti, qui jurisdictionem ordinariam in quasi Episcopalem habent, possint, si laicales, & collegiatae Ecclesias obtineant, facere uniones sicut possunt Episcopi ex cap. 15. §. 2. Respondit non posse Abbate hujusmodi, sed Episcopum tantum si Collegiata est insignis, & observentur alia praescripta in d. cap. 15.

19. QVAERO, An Episcopus possit unire beneficia propter suam negligentiam ad Sedem Apostolicam devoluta.

Pro parte negativa adducitur primò textus, juncta glof. in cap. Si tibi absenti, de praben. lib. 6. Textus dicitur Episcopum non posse conferre beneficium absentis collatum ante illius dissentiam, glof. in ver. Personam avari, an Episcopus possit d. hujusmodi beneficio ordinate per viam unionis; & soluit non posse, cum eadem sit ratio. Ergo secundum glof. cui subtrahitur ad tempus potestas conferendi, subtrahitur etiam potestas uniendo ob idem rationem, & Geminian. ibi col. 6. in princip. in ver. Personam; (Nota, inquit, istam glofiam, quae vult quod beneficium, quod Episcopus ad certum tempus conferre non potest, non possit illud unire.) Quod nota, quia facit quod Episcopus non possit unire beneficium devolutum ad Papam propter eius negligentiam; quia cum ipse non possit conferre donec semel Papa contulerit, ut in cap. penult. de supplen. neglij. Pralat. Ergo interim non videtur quod possit unire, ut sentit ista glof. Deinde pro hac parte adducitur ratio, quia quod non licet directe, non debet licere indirecte, seu per obliquum, ut in regula, Cum quid una via prohibetur, &c. lib. 6. sed Episcopus non potest dire d. impedire Papam in collatione faciendâ, ut in dicto cap. penult. ergo nec indire d. uniendo: nam unio inter in collationem unde prohibita collatione, & unio conferri prohibita, per quam ad collationem pervenitur, ut l. Oratio, ff. de sponsal.

In contrarium facit, quia Episcopus potest quod est plus, licet unire Ecclesiam non vacantem in vivo Rectore, ut in Clem. final. de reb. Eccl. non alienand. ergo multo fortius vacantem. Item Episcopus potest Ecclesiam si devolutam commendare donec per Papam fuerit ordinata, ut notant Archid. & Io. Andr. in cap. Nemo, de elect. lib. 6. ergo si Episcopus videt per commendam temporalem consuli non posse statui Ecclesiae, poterit facere perpetuam. Præterea unio concernit proprietatem beneficij, collatio vero titulum, ut hic notant Doctores: siquavis ergo Episcopus per devolutionem ad Papam perdidit jus conferendi, non tamen perdidit jus uniendo, quia ex diversis, & separatis non fit collatio, ut l. Si domus, ff. de servit. turbanor. priorior. Ac demum unio non est actus omnino voluntarius, sed requirit causam unitatis, vel necessitatis, aliâ non valet. Clem. l. cum ibi notat. de reb. Eccl. non alien. Rota de decis. 12. incipien. Nota quod unio, in antiq. ergo nemo debet Episcopum accusare si templum Dei edificat, quia potius est merito redarguendus de negligentia si unionem non faceret subistente causa. Ex quibus concludendum est Episcopum posse unire etiam beneficia devoluta, dummodo tamen hoc faciat causa subistente, & non in fraudem: & ita consuluit Feder. de Senis consil. 112. incipien. Amice charissime, circa fin. vers. Item quaeritur.

20. Primò enim declaratur ut quamvis unio subsistat, tamen non fortitur effectum, sed suspendatur donec pro illa vice consumpta fuerit reservatio Apostolica per provisionem Papae; ita est ex mente Collectae tit. d. num. 6. Dum autem audivisse multos magnos dicentes id posse Episcopum, ut saltem valeat in quantum valere potest, non autem in praedictum Papae quominus conferre possit: allegat cap. Cum tempore, de arbit. cap. Inter dilectos, de fid. instrum. & arg. cap. Si Abbat. de ver. signifi. & tenet aperte Domini de Rota, decis. 68. alias 6. de reb. Eccl. non alienand. in antiq. cujus haec sunt verba: (Dic quod unio potest fieri de beneficio reservato, quae tamen non habet suum effectum quin Papa conferat ratione suae reservationis factae, sed postea dum non vacabit in Curia, dicta unio habebit suum effectum; & ita tenet Rota.) Haec ibi. Et idem firmat Aeneas de Falcone in tract. reservat. in 4. quest. principali, in 23. eff. in prin. Staphil. de litter. grat. in 2. forma mandat. num. 7. Mandol. reg. 12. quest. 5. num. 3. Et quamvis Cardinal. in Clem. fin. in 9. quest. de reb. Eccl. non alienand. dicat hanc quaestionem contigisse olim de facto, & Ioannem XXII. determinasse unionem non tenere etiam si facta esset per Legatum de latere, quia eo ipso quod Papa reservat, vi-

ritur, ubi respondet ad glofiam in d. cap. Si tibi absenti, de praben. lib. 6. & cum referunt, & sequuntur Petr. de Anchar. in cap. Nulla, num. 5. Ne sed. vacan. 10. de Inol. in cap. circa fin. eod. tit. Gemin. & Franc. in d. cap. Si tibi absenti, in glof. in ver. Personam, Butt. hic num. 10. Anchar. num. 5. Abb. num. 6. & Marian. Socin. in 4. articulo principali, qu. 9. num. 67. ubi transcribit verba Ancharani in d. c. Nulla, non facta illius mentio.

Ceterum advertit, quia ethi communis opinio fit unionem esse validam, tamen suspenditur illius effectus donec vixerit, cui Papa contulit beneficium ad se devolutum; & ita est ex mente Feder. & aperte declarat Philipp. Franc. in d. cap. Si tibi absenti, num. 11. ubi allegat Cardinalem in Clem. 2. in 9. quest. de reb. Eccl. non alienand. Licet Cardin. natus non loquatur in devolutis, sed in reservatis, ut dicam infra, n. 23.

22. Secundo QVAERO, An Episcopus unire possit beneficia Sedi Apostolicae reservata, vel affecta. In hoc articulo diversajura prodierunt: unde factum est, ut pro veritate temporum variae quoque existerint opiniones. Ego vero ut omnia complectar, existimo tria tempora esse distinguenda. Primum tempus est ipsi communis, & secundum hoc communiter tenetur Episcopum posse unire, quia etsi per reservationem ei ablata fuerit potestas ordinandi beneficium quoad collationem, quae respicit titulum, non tamen ablata fuit quoad unionem, quae respicit proprietatem, ut dictum est in quaestione praecedenti. Atque hujus sententiae in primis est Collecta. hic num. 6. & post eam Ead. eod. nu. ubi reddit supradictam rationem, quia Papa reservavit respectu tituli, sed unius non disponit respectu tituli, sed respectu proprietatis: unde Papa reservando videtur prohibuisse solam collationem, unius autem non conferre, & sequuntur Petrus de Anchar. num. 5. Abb. num. 7. & Marian. Socin. in 4. articulo principali, quest. 9. num. 64.

Recipit tamen haec conclusio tres declarationes. 23. Primò enim declaratur ut quamvis unio subsistat, tamen non fortitur effectum, sed suspendatur donec pro illa vice consumpta fuerit reservatio Apostolica per provisionem Papae; ita est ex mente Collectae tit. d. num. 6. Dum autem audivisse multos magnos dicentes id posse Episcopum, ut saltem valeat in quantum valere potest, non autem in praedictum Papae quominus conferre possit: allegat cap. Cum tempore, de arbit. cap. Inter dilectos, de fid. instrum. & arg. cap. Si Abbat. de ver. signifi. & tenet aperte Domini de Rota, decis. 68. alias 6. de reb. Eccl. non alienand. in antiq. cujus haec sunt verba: (Dic quod unio potest fieri de beneficio reservato, quae tamen non habet suum effectum quin Papa conferat ratione suae reservationis factae, sed postea dum non vacabit in Curia, dicta unio habebit suum effectum; & ita tenet Rota.) Haec ibi. Et idem firmat Aeneas de Falcone in tract. reservat. in 4. quest. principali, in 23. eff. in prin. Staphil. de litter. grat. in 2. forma mandat. num. 7. Mandol. reg. 12. quest. 5. num. 3. Et quamvis Cardinal. in Clem. fin. in 9. quest. de reb. Eccl. non alienand. dicat hanc quaestionem contigisse olim de facto, & Ioannem XXII. determinasse unionem non tenere etiam si facta esset per Legatum de latere, quia eo ipso quod Papa reservat, vi-

deur prohibere cuilibet inferiori ne disponat de illo, & ideo non posse unire; Subdit tamen unionem carere effectu donec Papa contulerit, & provius Apostolicus beneficium dimiserit, unde potest dici unionem simpliciter tenere nisi Papa utatur reservatione conferendo beneficium, quia si utitur, tenet collatio, & unio suspenditur, ut hic per Marianum Socin. d. n. 64. qui etiam refert ita consuluisse Caldeinum, consil. 3. sub titul. de consuetud.

24. Quae declaratio multò magis haberet locum si Papa dedisset litteras ad certam praebendam primò vacaturam: quando quidem unio non fortitur effectum in praedictum expectantis, sed maneret in suspensio usque ad illius obitum, vel resignationem; nam si Episcopus potest unire beneficium viventis non ut statim unio effectum sortitur, sed posteaquam ille beneficium dimiserit, Clem. 2. de reb. Eccl. non alienand. Multò magis unire poterit beneficium expectantis sine illius praedictio: sic Gambar. in tract. de offi. & potestate Legat. lib. 5. in tit. de potestate Legat. in mendo, num. 62. & Rebuff. in praxi beneficij in titul. de union. beneficior. num. 51. & hoc in effectu intendit Abb. hic num. 7. dum dicit per unionem Episcopi non fieri praedictio ei, pro quo Papa reservavit, arg. cap. Venustum, de appellat. cap. Si ex tempore, de elect. lib. 6. Unde valebit unio, & habebit effectum suum illo dimittente beneficium, pro quo Papa fecit reservationem, licet aliud videatur sentire Cardinal. hic n. 7.

Ceterum advertit, quia praedicta declaratio vendicat sibi locum quando reservatio, vel gratia expectativa praescripserit unionem: tunc enim quamvis unio subsistat, suspenditur tamen illius effectus quousque provius Apostolicus beneficium dimiserit, ut superius conclusum est: secus vero si unio praescripserit reservationem, vel gratiam expectativam, quia tunc si post unionem factam ab Episcopo ex legitima causa antequam sortitum effectum Papa id beneficium reservet, vel afficiat, & mortuo Rectore illud conferat non facta mentione unionis, non valet collatio, ut tenent Domini de Rota decis. 3. de ver. permutat. in antiq. reddentes rationem, quia alias posset contingere, ut unio remaneret inefficax propter frequentes impetrationes: quod esset absurdum, cum hujusmodi unio innaturaturae necessitate, quam non est verisimile ut Papa voluerit tollere, nisi hoc in litteris expresserit. Et quamvis Rota videatur hoc intelligere quando Papa dedit litteras ad supplicationem partibus, tamen Gemin. in rep. cap. Postulasti, in 26. col. vers. Cederem, de rescript. tenet expressè collationem Papae etiam factam motu proprio non valere nisi fiat mentio de unione, quia Papa non intendit per suas litteras praedictare juri alteri quod nullo modo exprimat hoc in litteris, sive sit praedictum extinctivum, sive dilativum, ut patet in cap. Quamvis, & cap. Si propter, de rescript. lib. 6. & Geminianum sequuntur Marianus Socin. in rep. per quosd. cap. Postulasti, col. 46. & Felin. in cap. In nostra, num. 23. in 26. corollario, de rescript. & Boer. decis. 3. 46. ad fin. Porro in provisionibus beneficiorum vacantium per obitum Papae non confuevit derogare unionibus, sed in vacantibus ex causa resignationis ponit in litteris clausulam suspensivam quarumcumque unionum, per quam quidem clausulam suspendi etiam uniones factas So-

28. Prosop. Fagn. in 1. par. 5. lib. Decretal. A 3 minia-

minario in vim Concilij Tridentini, ideoque non esse impedendum quominus resignarius in possessione beneficii perseveret, censuit S. Congregatio quidem Concilij laterpres. Item cum in una H. luncina dubitatum fuerit an vigore 615. sess. 24. Possit fieri unio de beneficijs viventium, nempe ante vacationem sine tamen obtinentium prajudicio: Responsum est posse fieri tamen si beneficium viventis unicum contingat resignari, & resignationem pro illa vice suspendi.

29 Secundò declaratur eadem conclusio, ut procedat si Papa reservaverit beneficium suae collationis, seu provisioni; seu si suae dispositioni, quia cum dispositionis verbum sit aptum comprehendere etiam unionem, Episcopus unire non poterit beneficium sic reservatum dispositioni, seu ordinationi Apostolicae: ita Collectar. hie nu. 6. Abb. num. 7. vers. Et hoc intellige. & Marianus Socinus num. 64. in final. vers. Quod tamen intelligit, Petr. de Porul. de unum. beneficior. cap. 4. num. 6. & 24. & Caccialup. in cod. tract. art. 4. qu. 6. Licet Nicolaus Garzia nulla ratione, vel autoritate suffulcus oppositum sentiat in tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 97.

30 Tertio declaratur, seu limitatur praedicta conclusio ut locum non habeat si reservatio sit perpetua respectu collationis à Romano Pontifice semper faciendae de dignitate, officio, vel beneficio, ut contingit in prima dignitate post Pontificalem cuiusque Ecclesiae Cathedralis, quae semper est Papae reservata per regulam tractam Cancellariae; tunc enim Episcopus unire non poterit, quia per reservationem huiusmodi adempta est prorsus Episcopo potestas de huiusmodi beneficio disponendi sic Alphonsus Hoieda in tract. de incompatibilit. benef. part. 2. cap. 3. num. 7. argum. cap. fin. de confirmat. util. vel inutil. Garzia de benef. part. 12. c. 2. n. 92. & alij Recentiores.

31 Secundum tempus est Concilij Tridentini, quod partim probavit, partim correxit antiquorum opiniones: nam in cap. 5. sess. 21. statuit primò, ut possint Episcopi etiam inquam Sedis Apostolicae delegati juxta formam juris, sine tamen prajudicio obtinentium, facere uniones perpetuas quarumcumque: Ecclesiarum Parochialium, & Baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatum curatis propter eorum paupertatem, & in ceteris casibus à jure expressis, etiam si dicta Ecclesiae, vel dicta beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta. Et in hac prima parte probavit illorum sententia, qui dixerunt reservationem pertinere ad titulum, non autem ad proprietatem beneficii, ideoque adimere Episcopo potestatem conferendi, sed non potestatem uniendo, ut dixi supra num. 20. Sed videtur sustulisse secundam declarationem superius positam num. 29. nam Episcopus videtur posse unire ex Concilio, etiam si Papa reservaverit suae dispositioni, seu ordinationi, cum verba illa generaliter vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta, tamquam univetsalia, & geminata comprehendant quaecumque speciem reservationis, vel affectationis, arg. cap. Solita, de major. & obed. & patet ex his, quae tradunt Geminian. conf. 22. Pramite. nu. 3. vers. In contrarium, Soc. sen. conf. 32. Ex his quae superius, num. 21. vers. Nec obstat lib. 1. plenissime Raim. conf. 77. in factis, num. 7. in fin. &

32 Tertium denique tempus est post Decretum Clementis VIII. hac de re editum: nam cum in S. Congregatione Concilij questum fuerit an unio beneficiorum affectorum facta etiam ante vacationem debeat censeri invalida ad obviandum fraudi, quae in simili unione ab Ordinario committi videtur.

nu. seq. lib. 2. Deinde subdit Concilium: quae uniones etiam non possint revocari, nec quoquo modo infringi vigore eiusdemque provisionis etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis; & in hac secunda parte correxit opinionem illorum, qui existimant unionem Episcopi non fortiri effectum, sed manere in suspenso, donec provilus Apostolicus beneficium dimiserit, ut dictum est supra in 1. declarat. num. 23. nam ex Concilio non suspenditur unio ex quacumque provisione, ut ibi dicitur. Observeandum tamen facultatem Episcopi attributam in d. cap. 3. Non esse univetsalem ad unionem quatuorcumque beneficiorum, sed restrictam ad casus ibi expressos; unde Episcopus in vim Concilij unire poterit non curata curatis Ecclesijs, sed non è contra, ut in c. 13. vers. In unioribus, sess. 24. Item dignitati curatae unire poterit aliam dignitatem ex causa paupertatis, & juxta terminos d. cap. 5. & cap. 13. Non tamen unire poterit hospitalitatem si datur in titulum, & in eis nulla exerceatur hospitalitas, ut in cap. 8. sess. 25. vers. Quod si hospitalitas, & ita censuit S. Congregatio. In unionibus ergo de beneficijs reservatis, quae non includuntur in d. s. servanda erit juris communis dispositio secundum ea, quae dicta sunt supra num. 22. & seq. Nam quod mutatur, &c. l. San. in us. C. de testam. & l. Praecipuus, in fin. C. de appell. Ad haec in duobus alijs casibus Concilium Tridentinum tribuit Episcopo facultatem uniendo beneficia reservata. Unus est in cap. 15. sess. 24. videlicet cum praebende una cum distributionibus quotidianis Cathedralibus & Collegiatis insignibus sunt ita tenues, ut sustinendo decenti Canonico gradui non sufficiunt: statuit enim S. Synodus, ut liceat Episcopo cum consensu Capituli aliquot simplicia beneficia non tamen regularia ipsi unire, non obstant quacumque reservatione generali, vel speciali, aut affectatione. Neque praedictae uniones tolli, seu impediri possint ex quibuscumque provisionibus etiam vigore resignationis, aut quibusvis alijs derogationibus, vel suspensionibus: & de hoc decreto egit latius in d. cap. Expulsus, supra de proben. Alius casus est in cap. 18. sess. 23. ubi tribuitur Episcopo facultas amplissima uniendo beneficia simplicia seminariorum Clericorum, & dicitur verbis statuitur, in hoc locum habeat etiam si beneficia sunt reservata, vel affecta. Nec per resignationem ipsorum beneficiorum uniones suspendi, vel ullo modo impediri possint: sed omnino quaecumque reservatione, etiam si in Curia, effectum suum fortiantur, & quaecumque Constitutione non obstante.) Hac ibi: & hoc quoque tempore inspecto in hoc speciali casu approbatur facultas uniendo beneficia reservata, quae Episcopi habent à jure communi, absque limitationibus, seu declarationibus, de quibus supra num. 23. & 29. Neque verò uniones in casibus supra scriptis cadunt sub regulam revocatoriam unionum Sanctissimi D. Domini N. Urbani VIII. quae habetur in Bullar. tom. 4. pag. 210. quoniam ibi excipiuntur uniones factae Concilij Tridentini auctoritate.

33

34

35

36

37

videtur: & an provisus Apostolicus illorum sit mittendus in possessionem. Die 22. Februarij 1602 Sacra Congregatio censuit de cetero ad obviandum fraudibus oportere decerni, ut non possint etiam ante vacationem uniri Seminario beneficia, quae obtineant personae, quae ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales sint, ut quocumque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicae. Ceterum in praeteritum nihil statuendum. Die 26. Februarij 1602. Sanctissimus D. N. ex sententia Congregationis decrevit ut superius est adnotatum. Itaque inspecto hoc tempore quoad uniones, quae sunt Seminario subdita subdita est facultas, quam Episcopi habebat à jure communi, & à Concilio Tridentino uniendo beneficia reservata, vel affecta: sed in alijs unionibus, quae sunt in vim cap. 5. sess. 21. & cap. 15. sess. 24. salva manet Episcoporum facultas, cum ex Decreto Clementis non reperitur sublata.

38 QUAERO, An Cardinalis Episcopus habens indultum non obstante Decreto Clementis VIII. unire possit Seminario ante vacationem ea beneficia, quae si eodem Cardinali vivente vacarent non obstantibus reservationibus, vel affectationibus Apostolicis ad suam collationem pertinerent.

Videtur respondendum posse eam circumscriptio ejusmodi Decreto Clementis VIII. certum est beneficia reservata, vel affecta posse in vim Concilij uniri Seminario ante vacationem à quolibet Episcopo etiam non Cardinali. Ita enim dicitur verbis statutum Decreto cap. 18. sess. 23. ibi (Nec non beneficia aliquot simplicia etiam ante vacationem huic Collegio applicabunt, & incorporabuntur, quod locum habeat etiam si beneficia sint reservata, vel affecta: nec uniones beneficiorum ullo modo impediri possint, sed omnino quaecumque vacatione etiam in Curia esse, etiam si unum tantum) Quo loco cum Conciliū aperte disponat de beneficijs affectis, vel reservatis Seminario uniendo etiam ante vacationem, negari non potest quin Episcopo omnibus attributa sit potestas uniendo Seminario ea quoque beneficia, quae tempore unionis sunt reservata, vel affecta. Atque ita ante Decretum Clementis sapienter respondit Sacra Congregatio Concilij, cujus sententiam approbaverunt Pius V. & Gregorius XIII.

Itaque cum Cardinalis Episcopus habeat hanc facultatem à Concilio, videndum est an illi obiter Decretum Clementis, Et videtur respondendum non obstat: nam ut praedixit Clemens VIII. ex sententia Congregationis Concilij die 16. Februarij 1602. decrevit de cetero ad obviandum fraudibus non posse etiam ante vacationem uniri Seminario beneficia, quae obtineant personae, quae vel ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales sint, ut quocumque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicae.

Hoc autem Decretum neque in verbis, neque in ratione comprehendit Cardinale habentem indultum; non in verbis, quia loquitur de beneficijs, quae obtinent personae, quae tales sint, ut quocumque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicae; unde nullo modo comprehendit beneficia, quae si eodem Cardinali vivente vacarent, ad ejus collationem pertinerent, non obstantibus reservationibus, vel affectationibus Apostolicis, ut supponitur in dubio, de quo agitur. Certum est enim ea non fore affecta Sedi Apostolicae,

sed absolute pertinere ad collationem Cardinalis Episcopi, cujus ordinaria potestas in conferendo per indultum non ampliatur, sed praeservatur: etiam si obtaulis reservationum, juxta novissimas decisiones Cassad. 3. & Crescent. item d. de privileg.

Sed neque mens, & ratio evitandi fraudes, quae exprimitur in eodem Decreto, congruit Cardinali habenti indultum, & volenti unire Seminario beneficia ad suam collationem pertinentia; quia hoc modo non potest illo pacto unire in fraudem ut praecipiat Papae collationem beneficiorum cum collatio stante indulto non ad Papam, sed ad ipsum Cardinalem pertinet; utique uniendo, non Papae, sed fibrantur in praesentem, cum se ipsum privet ea facultate, quam habet à jure communi beneficium conferendi ut cap. Consequenter de officio Ordinar. cap. 2. de concess. proben. & cap. Ex frequentibus, de inst. cum mult. similib.

Nec refragatur quod si Cardinalis praedecret ante obitum obtinetis beneficium, ejusmodi unio cederet in praesentem Papae, ad quem ratione familiaritatis spectaret beneficium conferre. Si quidem responderet Decretum Clementis non considerare hunc eventum, & futurum eventum, cum potius requiratur ut reservatio Sedi Apostolicae sit certa in ipso unionis initio, dum prohibet uniri beneficia personarum, quae tales sint, ut quocumque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicae. Atque ita tunc demum prohibet unionem, si adit certitudo Apostolicae affectationis. Quae quidem certitudo non adest, cum Cardinalis unire beneficium, quod ipse vivente vacaret, ad suam collationem pertineret; quia fieri potest ut vacatio contingat se adhuc vivente: & revera si Clemens hos incertos eventus considerasset, utique censeret prohibuisse uniones beneficiorum etiam non affectorum; nam quis prohiberet beneficium non reservatum fieri reservatum per futuram familiaritatem possidentis, per obitum in Curia, seu in mense reservato, vel ob aliam

quaecumque causam? Et tamen uniones beneficiorum per huiusmodi affectationes, aut reservationes supervenientes non impediuntur, nec suspenduntur, quia Clemens respectu ad reservationem certam in ipso unionis initio, non autem ad futuras contingentes, ut jam saepius declaravit S. Congregatio Concilij, cum huiusmodi casus eventitui atrendi, & considerari non debeant, ut l. 2. §. Si eo tempore, ff. de re adminstr. rer. ad civit. pertinet. l. Iulianus, ff. qui, & à quib. & notat Archid. in cap. penult. §. dist. praeteritum verò, quia in hoc futuro contingenti mortis Cardinalis nulla frans considerari potest ad versus collationem Apostolicam. Quis enim credat Cardinalem unire Seminario beneficium ad hoc ut post mortem suam praecipiat Papae ejusdem beneficii collationem? Itaque Clemens illi tantum fraudi obviare voluit, quam committebant Ordinarii uniendo ea beneficia, quae sciebant certo ad suam collationem spectare non posse, sed ea fore affecta Sedi Apostolicae ratione familiaritatis, aut aliam ob causam; quam quidem ratio fraudis non viget, neque vigere potest in casu, de quo agitur.

Superest nunc responderè ad ea, quae in voto Rotae in contrarium afferuntur.

Ex primò non obstat, quod ex Concilio non liceat Episcopo unire Seminario beneficia affecta

Prop. Fagn. in I. par. V. Lib. Decretal.

8

tempore unionis: nam respondetur contrarium declarari. S. Congregationem, ac Summos Pontifices Pium V. & Gregorium XIII. & declarationes quæ afferuntur in contrarium, emanarunt post Decretum Clementis, & non ante. Hoc autem Decretum non obstat Cardinali, cum habeat indultum, quod reuocet obstacula reservationum, ut dictum est.

Non obstat secundò, quod indultum non disponat de beneficijs vacaturis, sed tantum de vacantibus ibi, cum vacare contigerit: nam respondetur, immo indultum non disponere de vacantibus, sed de vacaturis: hoc enim propriè important illa verba, quæ vacare contigerit, quæ sunt futuri temporis, & excludunt vacantia, ut tradit in specie Oldrad. cons. 310. incip. Thema tale est vacante Præpositura, ubi respondit indultum de percipiendis fructibus primi anni beneficiorum, quæ vacare contigerit, non comprehendere beneficia vacantia, sed vacatura.

Non obstat terciò, quod etiam si in Cardinali cesset ratio fraudis considerata in decreto Clementis: at tamen decretum ipsam in sui generalitate cessare non debeat secundum Bald. in cons. 107. nu. 16. lib. 1. Respondetur enim hoc solum posse procedere quando casus est comprehensus in verbis legis; tunc enim si cesset aliquando ratio legis implenda, tamen lex cessare non debet, ut in exemplo Calphurniæ, de quo in l. 1. §. 1. ff. de postulan. Ideo que si aliquis Episcopus non Cardinalis uniret beneficium reservatum, tamen si id faceret sine illa fraude, non tamen propterea unio esset valida: secus autem est cum casus in verbis legis non comprehenditur; nam tunc si nec in ratione comprehendatur, certum erit legem ad illum casum non pertinere, ad l. 4. §. Toties, ff. de damn. infest. Casus autem Cardinalis volentis unire beneficium, quod si vacaret, certum non esset fore affectum Sedi Apostolicæ, sed potius ad suam collationem pertinere, non solum non comprehenditur in ratione, sed nec in verbis decreti Clementis, ut iam diximus. Ergo non procedit hoc casu argumentum à ratione legis cessante. Præterquam quod Baldum reprobat Felinus in cap. si quando, §. Circa reddendam, sub num. 11. de rescripti. & tamen Baldus non loquitur ubi ratio est expressa in lege: tunc enim ea cessante, cessat legis dispositio, ut idemmet Bald. tradit in d. l. Non dubium, n. 5. post Bart. ibi n. 9. C. de leg. Dyn. in cap. fin. n. 12. & seq. de reg. jur. in 6.

Ac denique non obstat quod indultum non det Cardinali potestatem uniendi, sed solum conferendi, quod fuscè probatur in eodem voto: nam respondetur Cardinalem Episcopum habentem indultum non unire virtutem indulti, sed sua ordinaria facultate, quam habet à jure communi, & à Concilio: indultum enim hoc tantum facit, id est remouet obstacula, & impedienda reservationum, ita ut Cardinalis Episcopus liberè possit, & absque impedimento sui via facultate Ordinaria, ut notant lo. Monach. & Gemin. in cap. Cum aliquibus, de rescripti. in 6. ubi dant exemplum de vincito, cujus manus, pedesque ab aliquo exsoluntur: graditur enim, & reliqua agit sua vi, non autem solventis, & extant vulgatae decisiones Cassad. & Crescent. superius relatae n. 41.

Juxta prædicta QVAERO, An Cardinalis Episcopus, qui, ut præfertur, habet indultum, non ob-

stante decreto Clementis VIII. unire possit Seminario beneficia duplici reservatione personali reservata, vel affecta.

Solutio pendet ex duplici inspectione: Altera est, an hujusmodi decretum comprehendat S. R. E. Cardinales, cum de illis expressam mentionem non faciat. Altera, quatenus illos comprehendat, an obstat Cardinali Episcopo habenti indultum quominus unire possit reservata duplici affectione personali, quippe quæ ex sententia Rotæ in indulto non comprehenduntur, ut apud Caputaq. ex decis. 85. part. 2. Aegidius decis. 425. & tradit Mandol. praxi Signat. grat. in ver. Indultum conferendi, vers. An autem, & fuit plenè resolutum in voto DD. Vbaldi, & Verosij Rotæ Auditorum in causa Cælesaren. anno 1615. ubi dixerunt hoc habere locum non obstantibus clausulis generalibus, & prægnantibus, quia non includunt ea, quæ Papa non esset de facili concessurus. Sed in fine eisdem voti distinguitur inter geminas reservationes personales, seu coræuales, vel ut si beneficium obtinens sit familiaris Papæ, & Prototonotarius; & tunc dixerunt indultum non extendi ad beneficia reservata hac duplici reservatione; unde cum mysterio proposta quæstio restricta est ad reservationem personalem. Sin autem reservationes sint dispares, videlicet reales, & personales, vel utraque personalis, una tamen altera inferior, ut si beneficiatus sit familiaris Papæ, & Cardinalis; hoc casu admittunt posse obtinere contrariam opinionem. Pro qua distinctione optime facit quod scripsit Sarnen. in regula de impetrand. benefic. vacant. per obit. q. 15. n. 7. & 8.

His ita constitutis quoad inspectiones propositas non est opus prolixiori disputatione; quoniam quidem utriusque solutio patet ex litteris in forma Brevis, quæ inscribuntur, Sanctissimi D. N. Urbani VIII. Divina providentia Papæ VIII. Confirmatio Decreti Clementis Papæ VIII. prohibentis fieri uniones beneficiorum dispositioni Sedi Apostolicæ reservatorum, vel affectorum, cum declaratione, quod Decretum hujusmodi comprehendit etiam S. R. E. Cardinales, & alios indulta conferendi reservata habentes: quodque illi non possunt, nec possunt conferre beneficia duplici reservatione personali reservata, vel affecta: tenentis infra scripti, videlicet.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quamvis fel. rec. Clemens Papa VIII. prædecessor noster accepto, quod aliqui Ordinarij beneficia ecclesiastica in suis mensibus vacantia, & alias dispositioni Apostolicæ non reservata personis sibi benevisis conferebant; illa verò, quæ reservata erant, Seminarijs puerorum sæpè uniabant, ad evitandum hoc Sedi Apostolicæ præjudicium per ejus decretum prohibuit, ne uniones beneficiorum ecclesiasticorum dispositioni Sedi Apostolicæ tempore quo uniuntur, reservatorum, vel affectorum fieri possent etiam vigore Decretorum S. Concilij Tridentini in favorem Seminariorum puerorum ad præscriptum ejusdem Concilij erectorum, sive erigendorum; nihilominus postea præterit Indultorum Apostolicorum concessendi beneficia reservata, vel affecta per Romanos

manos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per Nos aliquibus personis, præsertim S. R. Eccles. Cardinalibus concessimus, executio prædicti Decreti Clementis prædecessoris de facto impedita fuit, & impeditur, quoniam Cardinales indulta conferendi, & disponendi de reservatis, vel affectis habentes asserunt se non esse in prædicto Decreto comprehensos, tamquam in eo expressè non nominatos, & ulterius tam ipsi Cardinales, quam alij, qui ex prædictis indultis apostolicis habent facultatem conferendi reservata, seu affecta, ac de eis disponendi, nec dum præcedunt indulta hujusmodi continere facultatem disponendi de eisdem beneficijs etiam per modum unionis, & extinctio nis in præjudicium perpetuum Sedi Apostolicæ, quæ illorum provisione perpetuè privata remaneret, sed etiam ex ipsius indultis esse sublatam, & extinctam reservationem quamcumque; ideo etiã auctoritate ordinaria potuisse, & posse per eos fieri eorumdem beneficiorum non reservatorum, nec affectorum unionem. Decretaque Concilij eis concedere facultatem uniendi etiam reservata eisdem Seminarijs: Quoniam etiam in Pontificatu rec. in em. Pauli V. etiam prædecessoris nostri hæcenus ex voto duorum Rotæ Auditorum fuerit in Dataria observatum, & observetur beneficia duplici reservatione personali reservata, vel affecta non comprehenduntur in prædicto Indulto, tamen etiam præterit hanc reservationis duplicitatem non impedire eorum provisionem vigore prædictorum Indultorum faciendam, eisdemque beneficiorum unionibus non obstat, & propterea diversimodè etiam executio litterarum Apostolicarum provisionis eorumdem beneficiorum indebitis præfessionibus hujusmodi impedita fuit, & impeditur de facto in diversis Tribunalibus, & Congregationibus præsertim Rotæ, & Congregationis Concilij Tridentini, in quibus repetuntur factæ resolutiones etiam inter se discordantes: volentes igitur prædicta impedimenta tollere, & nostro Oraculo præsentis dubitationis dilucidare: motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione nostris, de que Apostolicæ potestatis plenitudine hæc nostra perpetua Constitutione prædictum Decretum Clementis prædecessoris prædicti supra executione, seu interpretatione ejusdem Concilij emanatum confirmamus, inviolabiliterque de cætero observare mandamus per quoscunque Patriarchas Metropolitanos, Archiepiscopos, Episcopos, etiam S. R. E. Cardinales, declarantesque prædictum Decretum etiam eisdem Cardinales comprehendisse, & comprehendere, prædictosque Cardinales, & quoscunque alios prædicta Indulta Apostolica conferendi prædicta beneficia reservata, seu affecta, & de eisdem disponendi habentes, non potuisse, hæctenus post prædictum Decretum Clementis prædecessoris, nec in posterum posse in vim illorum, nec vigore ejusdem Concilij, aut aliis etiam auctoritate eorum ordinaria, præterit quod ex prædictis Indultis extinctæ, & sublatae sint reservationes, & affectiones eadem beneficia quomodolibet tempore unionis reservata, vel affecta uniri etiam Seminarijs prædictis puerorum, nec de ijs per viam cuiuscumque unionis, suppressionis, vel applicationis disponere, nec etiã in vim prædictorum Indultorum reservata, & affecta conferendi, ac de eis disponendi, potuisse, nec posse conferre beneficia duplici reservatione

personali reservata, vel affecta. Præsentes quoque litteras de subreptionis, ac obreptionis, seu nullitatis vitio, nostræque intentionis de facta, etiam ex eo quod Seminario, & quicumque, & cuiuscumque situs, conditionis, gradus, qualitatis, ac dignitatis, etiam ecclesiasticae desuper interesse habentes, vel habere prætendentes ad hæc vocati non fuerint, vel ipsi non confiterint, notari, impugnari, edargui, ac in jus, vel in controversiam revocari non posse: sicque & non aliter per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos tam Sedi Palatii Apostolici Causarum Auditores, ac S. R. E. Cardinales, eorumque Congregationes, & quoscunque alios speciali expressione indigentis iudicari, ostendi, & interpretari debere, sublatis eis, & eorum cuiuscumque quavis alteri iudicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane si quis super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus præmissis omnibus, & singulis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in Concilij generalibus editis, & gulis Cancellariæ, & quatenus opus foret etiam illa de non tollendo iure quæstio, ceterisque contrarijs quibuscumque, Quorum omnium, & singulorum tenores, earumdem litterarum, & causarum etiam hæctenus pendente statu, & merito, ipsorumque beneficiorum nuncupationes, situationes, & qualitates, partiumque colligantium, nec non iudicum nomina, & cognomina, Tribunaliumque, & Congregationum præmissarum, & facultates, ceterisque hic forsan exprimentis, & inferenda pro expressis, ac de verbo ad verbum inferri haberi volumus. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris die 15. Julij 1641. Pontificatus Nostri Anno decimo nono.

Uterius QVAERO, An unio beneficii litigiosæ Sedi Seminario ad præscriptum Concilij Tridentini cap. 18. §. 2. sit valida, necne? Videtur respondendum esse, validam: nam decretum dicti cap. 18. primo tribuit Episcopo facultatem uniendi Seminario Clericorum beneficia aliquot simplicia sine cultus divini, & illa obvenitium præjudicio; ac deinde adiecit: quod locum habeat etiam si beneficia sint reservata, vel affecta, nec per resignationem ipsorum beneficiorum uniones impediri ullo modo possint, sed omnino quacumque vacatione etiam in Curia effectum suum sortiantur, & quacumque constitutione non obstantes. Quibus verbis videtur attributa facultas uniendi etiam beneficia litigiosa.

Primo quia multorum sententia est beneficium ratione litis censeri affectum: quod censetur Probis ad Mona. in cap. 1. num. 8. vers. idem dic de reservatis Sedi Apostolicæ, & affectis ratione litigij, de offi. Legat. in 6. Mandol. in proem. regul. Cancellar. quest. 5. num. 9. vers. affectio etiam causatur ratione litis. Sarnen. in regul. de impetrand. benefic. vacant. per obitum Cardinalis, quest. 3. ante num. 5. vers. Testis tamen, & num. 7. vers. Postremè facti, & Rebuffus super concord. rubr. de collat. §. Volumus, in ver. Affecta, fol. 451. Quorum opinio si vera est, hic casus deciditur expressis verbis Concilij, quibus datur facultas uniendi beneficia etiam reservata, vel affecta.

Deinde etiam multi sentiant in strictiori significatione aliud esse beneficium litigiosam, aliud affectum,

50

51

52

atum, vel reservatum, ut idem Mandos. *regul. de impetrat. benefic. qu. 9. num. 5.* & Simonet. *de reservat. qu. 10. num. 9. & seq.* Veritas tamen est longe minus esse beneficium litigiosum, quam reservatum: nam per litem non abdicatur prorsus ab Ordinario conferendi facultas, sed suspenditur tantum usque ad litem exitum, cap. 2. *ut litem pendente*, 54 *lib. 6. & Clem. 1. eod. tit.* Lis enim est qualitas suspensiva, & veluti simplex inhibito temporalis, per quam manus Ordinarii ligantur, ut interim non conferant, Gomez, in *regul. decretalium. quast. 11. vers. Tamen pace eorum*, Covar. *practicar. qu. 6. 36. num. 7. vers. Quinto*. At per reservationem omnino tollitur Ordinarii facultas conferendi, & beneficium remanet perpetuo affectum, Extravag. *Ad Romani de preben.* & tradit Gomez loco cit. Itaque si Concilium tribuit Episcopo potestatem uniendi beneficia etiam reservata, vel affecta, quorum collatio certum est nunquam ad Episcopum, sed semper ad Sedem Apostolicam pertinere, longè magis censetur attribuisse potestatem uniendi litigiosa, quorum provisiò dubium est an spectare debeat ad Papam, vel ad Ordinarium ratione litem nam, ut ait Simonet. *d. qu. 10. num. 6.* Collatio beneficij litigiosi pendet à dubio litem ex eorum, & plus juris habet Ordinarius in beneficio litigioso, quod finita lite spectare potest ad suam collationem, quam in reservato, cujus provisiò semper, atque indistinctè pertinet ad Papam; & majus præjudicium inferat Papæ in unione reservati, quod certum est ad ejus collationem pertinere, quam in unione litigiosi, cujus provisiò post litem exitum spectare potest ad Ordinarium. Unde in facultate uniendi reservata, quod magis est, videtur absque dubio comprehendi facultas uniendi litigiosa, quod minus est cap. *Ex parte, ultimo, de decim. l. in eo quod plus, & l. in toto, ff. de reg. jur. cum concord. de quibus utrobique per Decium.*

56 *Præsertim verò, quia Concilium utitur dictione illa, etiam si, quod, inquit, habeat locum etiam si beneficia sint reservata, vel affecta: de cujus quidem dictionis natura est ampliari dispositionem, & implicare casum magis dubitabilem, cap. Cum illis, ubi Archidiaconus. num. 1. vers. Illis etiam, de preben. in 6.*

Et confirmatur, quia Concilium concedit Episcopo auctoritatem uniendi beneficia, cuicumque qualitate fuerint: quæ quidem verba apta sunt comprehendere etiam beneficia litigiosa, cap. *Soluta, de majorit. & obedient. cum allegat. per Salic. l. 2. num. 9. C. de noxal. & per Roman. cons. 31. Visi his, num. 2. vers. Ex quo enim.* Deinde addit quod habeat locum etiam si beneficia sint reservata, vel affecta: qui quidem gradus utique excedit, & longè superat impedimentum litigij. Terno jubet unionem fortiri effectum non obstante vacatione in Curia, per quam inducitur reservatio clausa in corpore juris, id est in cap. 2. *de preben. in 6.* & qua nulla in jure major, vel potentior invenitur, ut ait Guil. *decis. 33. de preben. relatus à Gomez, de regul. decretalium. qu. 31. in princ.* Neque his contentum Concilium, adjicit postremo unionem hanc debere effectum fortiri quacumque constitutione non obstante, quæ verba propriè referri possunt etiam ad Constitutionem Bonifacij VIII. in d. cap. 2. *ut litem pendente. in 6.* per quam suspenditur collatio beneficij litigiosi durante lite. Itaque propterea sive mentem, sive verba Concilij spectemus,

non videatur dubitandum, quominus liceat Episcopo unire Seminaria beneficia etiam litigiosa. Atque ita tollitur obiectum quod aliud sit beneficium affectum, aliud litigiosum quo uno fundamento Roma in hac causa Cordubensiterum, ac tertio censuit Concilium non comprehendere litigiosa: vera enim facultas conferendi affecta, quod magis est, utique completitur facultatem conferendi litigiosa, quod minus est.

59 Neque obstat, quod in his, quæ differunt specie, in eo, quod est plus, non continentur id, quod est minus, c. *Cui de non sacerdot ali, de preben. l. Solemus, §. Latrunculator ff. de iudic. & declarat Dyn. in reg. Sexti. Plus semper, vers. Sed dicendum est.* Nam pro solutione considerandum est quod spectat ad præsentem quaestioem, inter beneficium litigiosum, & reservatum duas tantum esse differentias. Prima est, quia prohibitio conferendi litigiosa est temporalis durante lite; prohibitio verò conferendi reservata est perpetua, usque ad Papæ provisiòne Et hanc primam differentiam certum est non esse in specie, sed tantum in quantitate temporis, vel durationis; ita ut propterea in facultate uniendi non obstante prohibitione perpetua absque dubio comprehendatur facultas uniendi, non obstante prohibitione temporali: sicut qui potest relegare, vel interdicere in perpetuum, multo magis potest relegare, vel interdicerere ad tempus, & qui potest absolvere à suspensione perpetua, longè magis absolvere potest à suspensione temporali, cum hæc non differant nisi tamquam magis, & minus, ut l. *Relegatorum, §. Solut ff. de interdict. & relegat. & l. Moris, ff. de poenit. Solut ff. de interdict. & relegat. & l. Moris, ff. de poenit.*

60 Secunda difficultas est, quod in reservatione Papa duo facit, id est prohibet Ordinarium conferre, & reservat sibi jus conferendum litigio autem non facit nisi unam ex his duobus, id est prohibet Ordinarium conferre nemini autem reservat jus conferendi, sed illud relinquunt in suspensio, & vult pendere à futuro eventu. Et in hoc quoque reservatio non differt à litigio nisi tamquam magis, & minus: certum est enim in reservatione includi illam simplicem prohibitionem conferendi, quæ inest litigio, sicut in mixta continentur simplicia. Beneficium enim litigiosum Papa solum prohibet conferre: reservatum verò non solum prohibet, sed ulterius procedendo suæ dispositioni reservat, atque ita reservatio includit casum litigij, sed illum excedit gradus, unde facultas uniendi reservata omnino comprehendit facultatem uniendi litigiosa; cum hæc, ut diximus, non differant nisi ut magis, & minus, ut in c. *Plus semper, de reg. jur. in 6. & ibi notat glof. Io. And. & Doctores.*

Sed objicis, Major ratio prohibitionis est in litigiosis, quam in reservatis, ne scilicet propter novos adversarios, qui malitiosè interdum periculis subrogantur, litigia in Ecclesiis dispendium prorogari contingat, ut legitur in d. cap. 2. *ut litem pendente, in 6.* Ergo facultas uniendi reservata non includit litigiosa.

62 At respondetur hanc rationem posse quidem considerari in collatione, sed non in unione. Primum quia unio fieri potest etiam in vita colligantium ut Clem. 2. *de reb. Eccles. non alienan.* quo casu per unionem Seminarij non adicitur novus adversarius, neque prorogatur litigium; sed jdemmet colligantes litem proseguuntur, & post obitum illorum unio effectum fortitur. Deinde quia etiam unio fiat post obitum unius ex colligantibus, ut

men Seminario poterit litem non proseguat, & expectare obitum alterius colligantis superfluum cum certum sit unioem tunc esse habituram effectum abiq; ullo ipsius Seminarij dispendio. Præterea verba illa textus, *malitiosè periculis subrogantur*, non congruunt loco pio cuiusmodi est Seminarium. Ac denique quia prohibitus conferre litigiosa non debet ceteri prohibitus illa unire etiam circumscripta Concilij dispositione, dummodo unio fiat absque obtinentium præjudicio: Sic enim videmus beneficia etiam reservata posse ab Ordinario uniri, quamvis conferri non possint, cum unio respiciat proprietatem beneficij, collatio verò titulum, Rota *decis. 4. §. 6. de reb. Eccles. non alienand. in antiquis*, & fultus dictum est supra *num. 20. & 22.* Experientia etiam docuit hanc rationem præjudicij Ecclesiarum propter litigij prorogationem esse parum considerabilem, cum stante lite Papa consueverit passim concedere subrogationes in iuribus defuncti, ut in regula Cancellariæ 19. *de subrog. colligant.* & ibi Glossatores.

63 Ultimò omittendum non est hanc quaestionem in casu huc valde affine fuisse jam decisam in Congregatione Concilij: nam cum decretum *cap. 18. sess. 24.* jubet conferri Parochiales prævia forma examinis per concursum, etiam si, inquit, Parochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuerit, dubitatum fuit an sub ea dispositione comprehenderetur beneficium litigiosa: & quævis adductum fuisset litigiosa beneficia non esset reservata, vel affecta, sed tantum illorum collationem suspensam esse: ac proinde in ipsis non verificari verba Concilij, quæ de reservatis, vel affectis loquuntur: tamen S. Congregatio censuit decretum d. c. 18. habere locum etiam suprà Parochiales litigiosæ sint.

64 Hæc omnia videntur absque dubio procedere in unionibus factis ante annum 1602. At verò in unionibus postea factis, & in futuris faciendis longè major est difficultas: nam ut dictum est in præcedenti quaestione Clemens VIII. die 22. Februarij 1602. ad vitandas fraudes ex sententia Congregationis decrevit ut de cæterò non possent uniri Seminario beneficia, quæ obtineant persona, quæ vel ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam ob causam tales sint, ut quocumque mense decedant, certum sit ea fore affectu Sedi Apostolicæ. Dubitari enim potest an hoc decretum quemadmodum abtulit Episcopo facultatem uniendi reservata, ita etiam abtulit facultatem uniendi litigiosa.

Verius videtur hoc decretum non habere locum in litigiosis, quia in illis non viget tanta ratio prohibitionis, quanta viget in reservatis: neque enim unio ceteri potest fieri absolute in fraudem collationis Apostolicæ: quia incertum est an finita lite beneficium conferri debeat à Papa, vel ab Ordinario, & potest contingere ut Ordinarius uniendo præjudicet suæ collationi, puta si beneficium vacaverit extra Curiam, quo casu collatio litigiosi finita lite ad Ordinarium spectat, juxta text. in d. Clem. 1. *ut litem pendente.* Et cum magis sit beneficium esse reservatum, quam litigiosum, ut superius diximus *num. 53.* non sequitur, Episcopus ob decretum Clementis non potest unire reservata: ergo nec litigiosa, quia regula, in eo quod pius procedit in oratione affirmativa, non in negativa, ut declarat Bart. & Doctores in l. 1. §. *Stipulanti, ff. de verb. obligat.* & Decius in d. l. *In eo quod plus, num. 2. vers.* Tertio regula procedit. Sicut nec

valet argumentum de parte ad totum, ut per Caldec. *cons. 111. alia, 2. de arbitrio.* Præterquam quod nec verba ejusdem decreti conveniunt ullo modo beneficiis litigiosis: loquuntur enim de illis tantum, quæ quocumque mense vacaverint, certum tamen sit fore affecta Sedi Apostolicæ: at verò litigiosa si vacaverint extra Curiam in mense Ordinarii finita lite nullo modo sunt affecta Sedi Apostolicæ, sed ad Ordinarii collationem pertinent, ut statutum est in d. Clem. 1. atque ita in litigiosis non adeest certitudo illa, quam decretum requirit.

Itaque videtur respondendum unionem beneficij, sive ante, sive post Decretum Clementis facta fuerit, tamen non esse nullam ex eo quod beneficium sit litigiosum: & in hanc sententiam S. Congregatio respondit.

De Excess. Prælat.
Cap. Ex litteris.

EX LITTERIS, Episcopus, cujus auctoritate homicidium est commissum, à ministeris Altaris, & officio Pontificali, & Episcopatus administratione deponitur. Vel sic. Episcopus præstans causam directè, vel indirectè homicidio committendo, eo commissio, privari debet officio Pontificali, & Sacerdotali, & ab administratione Episcopatus removeri. Vel tertio, & brevius Clericus auctoritatem, vel consilium directè, vel indirectè homicidio præstans, irregularis efficitur. Hoc dicit Abb. Siculus. Prima pars narrat factum. Secunda diffiniendo committit, ibi, *Nos autem.*

Pro intellectu hujus Decretalis vide quod dixi in cap. *Requisivæ, n. 80. de Ordin. ab Episc.*

De Excess. Prælat.
Cap. Accedentibus.

- S V M M A R I V M.*
- 1 *Prelati inferiores de matrimonij cognoscere, publicas poenitentias injungere, & indulgentias dare non possunt, nisi hoc eorum competebat de jure speciali.*
 - 2 *Causas matrimoniales cognoscere est dignitatis Episcopalis.*
 - 3 *Causarum matrimonialium cognitio acquiri potest nedum privilegio, sed etiam consuetudine legitime præscripta. Et quid post Concilium Tridentinum num. 6. vers. Hodie verò.*
 - 4 *Prelati inferiores acquirere possunt ea, quæ sunt dignitatis Episcopalis non solum privilegio, sed etiam præscriptione.*
 - 5 *Non autem ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis.*
 - 6 *Etiam si præscriptio sit immemorabilis.*
 - 7 *Abbat, & alij inferiores Prelati Indulgentias concedere non possunt, & nu. seq. usque ad n. 20.*
 - 8 *Indulgentia partim accedunt ad dignitatem Episcopalem, partim ad Ordinem.*
 - 9 *Episcopus electus, & confirmatus ante consecrationem an possit indulgentiarum litteras dare, & nu. seqq.*

- 11 Et quid si non sit Presbyter, ibidem, & n. 11.
- 10 Clavis jurisdictionis non est quid sacrum aut de. Indulgentia non pertinet ad dispensationem bonorum communium ecclesie, ibidem.
- 11 Legati etiam non Sacerdotes possunt indulgentias concedere.
- Indulgentia pertinet ad clavem jurisdictionis, ibidem.
- 12 Indulgentie dari non possunt ab inferioribus Prælati etiam jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.
- 13 Sed ab Episcopo tantum.
- 14 Ecclesia assimilatur Cōgregationi politica Civitatis, vel Parochia Cōgregationi Oeconomica.
- 15 Episcopus solus proprie Prælati Ecclesie dicitur.
- 16 Plebani non sunt proprie Prælati, sed quasi Coadjutores Episcopi.
- 17 Indulgentias dare non potest Vicarius generalis Episcopi, nec Capitulum sede vacante.
- 18 Et an valeat contraria consuetudo.
- 19 Generales, & Provinciales indulgentias concedere non possunt.
- 20 Abbates nullius diocesis habentes omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem in clericis, & populis exclusis Episcopis, an possint causas matrimoniales, & criminales cognoscere: latissime discutitur usque in finem.
- Regulares veniunt appellatione inferiorum, qui à Concilio Tridentino causas matrimoniales, & criminales cognoscere prohibentur, ibidem.
- Declaratur, n. 40. & 50.
- 21 Causæ matrimoniales cum sine gravibus iridem, & criminales, non sunt per quoslibet tractandæ.
- 22 Curia Romana committit causas matrimoniales Episcopis, & si alios adjungit, ponit clausulam, Quod si non omnes, tu frater Episcopo.
- 23 Inferiorum appellatione veniunt omnes Episcopi inferiores.
- Declaratur, n. 38. & 50.
- 24 Dictionis taxativa natura est ponere quod affirmat, & præter id opponit omne aliud excludere.
- Declaratur, num. 41. & seq. usq. ad n. 45.
- 25 Monitoria ad finem revelationis decerni non possunt ab Abbates nullius diocesis habentibus Episcopalem jurisdictionem, sed petenda sunt à Sede Apostolica, & n. 47.
- 26 Renuntiationes matrimoniales remitti non possunt ab Ordinariis inferioribus, sed ab Episcopo tantum.
- 27 Abbates ex Concilio Tridentino prohibentur causas matrimoniales, & criminales cognoscere.
- Declaratur, n. 48. & 50.
- 28 Abbates habent dignitatem excellentem, & primam post Episcopalem.
- 29 At si proprium territorium habeant cum jurisdictione quasi Episcopali, exclusis Episcopis veniunt appellatione diocesani.
- 30 Causæ matrimoniales olim committebantur inferioribus Prælati habentibus jurisdictionem ordinariam, vel delegatam.
- 31 Correctio legum induci non debet per subauditos, & tacitos intellectus.
- 32 Archidiaconi, Decani, & aliorum inferiorum appellatione non veniunt Abbates nullius diocesis habentes jurisdictionem ordinariam exclusis Episcopis.

- 33 Episcopus in locis ipsis nullius diocesis excepta reservatione jure delegato nullam prorsus auctoritatem exercere potest.
- 34 Etiam quoad ordinationem Clericorum.
- 35 Vel concelebrata curam animarum, & Sacramentorum administrationem.
- 36 Causæ matrimoniales, & criminales, an olim ex stylo Curie committerentur Abbatis, & an hic stylos servari debeant.
- 37 Abbatis, & alii inferioribus sunt committenda dispensationes matrimoniales, licet in forma significavit, & alie hujusmodi quoad eorum subditos, si modo ipsi jurisdictionem quasi Episcopalem, & proprium territorium habeant, vel jurisdictionem pleno jure Episcopalem, & temporalem.
- 38 Dictione aliorum, inserta omnimodam similitudinem ad expressam, & quamvis junctam sit cum dictione omnium, tamen non comprehendit majorem, quam expressa fuerint.
- 39 Clausula generalis subsequens quando in lege, vel Canone sunt enumerati minores, aut inferiores persona, nunquam comprehendit majores, vel superiores.
- 40 Prælati Regularibus nullius diocesis, at jurisdictionem habentibus quasi Episcopalem competunt ea omnia in Regulares exemptos intra suum territorium existentes, quæ ex Concilio Tridentino competunt locorum Ordinarius contra alios exemptos.
- 41 Verba sequenti restringuntur ad præcedentia, quando ad illa veniunt continuative.
- 42 Jurisdictione per Constitutionem in certum genus personarum taxative collata, non censetur derogatum jurisdictioni alterius in eadem personis.
- 43 Dictione taxativa in dispositione legis non excludit casus similes, vel eandem rationem habentes. Et sufficit ut sint similes quoad id de quo disputatur, num. 45.
- 44 Abbates in locis sibi pleno jure subjectis quoad jurisdictionem sunt similes Episcopis.
- 45 Et valet argumentum de Abbatis habentibus Episcopalem jurisdictionem ad Episcopos.
- 46 Prælatorum Ecclesiarum appellatione veniunt etiam Abbates nullius diocesis.

ACCEDENTIBUS. Abbates de matrimoniis cognoscere, publicas penitentias injungere, & indulgentias concedere non possunt, nisi hoc de speciali jure illis competat: sic firmatur secundum Jo. Andr. & DD. communiter, vel sic & generalis secundum Abbatem, & Matianum Socinum. Cognoscere de causa matrimoniali, item penitentias publicas injungere, & indulgentias concedere spectat ad dignitatem Episcopalem: unde inferior Prælati de his se intromittere non debet, nisi ei competat de jure speciali. Primo ponit Episcoporum quaerelam, cui secundum providet, bi. Potentes.

2. Nota primò cognitionem causarum matrimonialium esse dignitatis Episcopalis; ac proinde Episcopum de jure communi in his fundare intentionem exclusis inferioribus Prælati, ut hic, & in cap. Mulierum, in fin. 35. quasi. 6. & melius in cap. Auditus, de prescrip. & notat hic glos. in ver. Episcopalis dignitatis. Host. num. 3. in ver. Matrimonialibus, Butr. Abb. & Marian. Socin. omnes in 1. notat, & hodie est expressum in Decreto Concilii Tridentini cap. 20. §. Ad hac, sess. 24. ut fufius patebit infra n. 20.

- Secundo nota ibi, speciali concessione, vel alia legitima causa: jus cognoscendi de causis matrimonialibus posse acquiri necdum ex privilegio, sed etiam ex concurrente legitime præscripta, quæ jurisdictionem tribuit, cap. ult. supra, de off. Archid. & d. cap. Auditus, de prescrip. hoc enim importat illa verba, vel alia legitima causa, id est consuetudine, vel præscriptione, ut exponit glos. fin. & Innocen. G. mentaliter enim eas quæ sunt dignitatis Episcopalis sunt etiam inferioribus Prælati non tantum concessibilia privilegio, sed etiam quælibet præteritione, vel consuetudine, ut formaliter inquit Butr. hic n. 2. & consentit Abb. eod. n. in 2. notat, & num. 3. vers. Notæ hæc glos. & Marian. Socin. n. 1. licet fecerit in his, quæ sunt ordinis Episcopalis, quia nulla consuetudine, vel præscriptione acquiri possunt ab inferioribus Prælati, cap. Quanto, de consuet. & cap. Aqua, de consec. Eccl. & notant hic Host. Io. Andr. Cardin. Ancharan. & omnes, tam si sit memorabilis, ut dixi plenè in d. cap. Quanto.
- Hodie verò consuetudo inferiorum cognoscendi de causis matrimonialibus sublata est Concilio Tridentino in d. cap. 20. in fine sess. 24. nisi sit immemorabilis, ut de claravit S. Congregatio ejusdem Concilii Interpretes.
- Ultimò nota, Abbates, vel alios inferiores Prælatos de jure communi non posse literas indulgentiarum concedere, hoc enim Episcopalis est dignitatis, ut est textus clarus hic, & in cap. Cum ex eo, r. f. de peni. & remiss. & notat Archid. in cap. Romana, circa fin. in ver. Indulgentiis, eod. tit. lib. 6.
- Quinimodò sentit hic Host. n. 6. vers. Pates ergo, indulgentiam esse mixta potestatis, quia partim accedit ad dignitatem, sive jurisdictionem Episcopalem, partim ad Ordinem: unde num. 5. vers. Sed nunquid electus confirmatus, videtur inferre ut Episcopus electus, & confirmatus ante consecrationem non possit indulgentias largiri, præterim si non sit Sacerdos, & eum sequitur Archid. loco cit. licet Hostiensis subditaliter fuisse interpretatam consuetudinem; quia Episcopi etiam non Presbyteri, nec consecrati indulgentias faciunt; quam tamen dicit esse irrationabilem saltem in Episcopo non Presbytero. Amplius putat Franc. Vercellen. relatus hic à Io. Andr. & DD. electum ante consecrationem indulgentias largiri non posse, etiam si Sacerdos sit: & hanc patrem mordicus tuetur, Butr. verò num. 3. simpliciter recitat opinioniones, & nihil concludit, sed dicit teneatis quod placet, sed tu in hoc sequere S. Thomam nam, ut ipse ait in 4. distin. 20. art. 3. qu. 2. ad primum (Clavis jurisdictionis non est quid sacramentale, & effectus ejus arbitrio hominis subiacet, & hujus clavis effectus est remissio, quæ est pot. indulgentias, cum non pertineat ad dispensationem Sacramentorum talis remissio, sed ad dispensationem bonorum communium Ecclesie.) Et idè etiam Prosper Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

- Legati non sacerdotes indulgentias concedere possunt. Et idem docet art. 4. qu. 2. in corpore. (Potestas concedendi indulgentias sequitur jurisdictionem: & quia Diaconi, & alii non sacerdotes possunt habere jurisdictionem vel commillam, sicut Legati, vel ordinariam, sicut electi; ideo possunt indulgentias concedere, etiam non sacerdotes, quamvis non possint absolvere in foro penitentiali, quod est Ordinis.) Hæc ille, cuius doctrina communiter recipitur, teste Navar. in tract. de indulgent. in 31. notat. n. 3. vers. Possunt autem hi conferre etiam si non sint in Episcopos consecrati. Sed quamvis hæc ita habeant in Legato, qui jus dandi indulgentias habet ex commissione Papæ, & in electo, qui illud habet ex potestate ordinaria, cum in confirmatione consequatur potestatem jurisdictionis, etiam ante consecrationem, ut in cap. Transmissam, de elect. non tamen hinc licet inferre ut inferiores Prælati possint indulgentias dare, licet quandoque habeant jurisdictionem quasi Episcopalem, ut in cap. Abbates, de privileg. lib. 6. Ratione reddit egrègè idem D. Thomas 4. art. 4. qu. 1. (quia solus ille, qui præficit Ecclesie potest indulgentiam largiri. Sed cum Ecclesia sit Cōgregatio fidelium, Cōgregatio autem hominum sit duplex, scilicet æconomica, ut illi qui sunt de una familia, & politica, sicut illi qui sunt de uno populo, Ecclesia simulatur Cōgregatio politica, quia ipse populus Ecclesia dicitur, sed Cōventus diversus, vel Parochia in una diocesi simulatur Cōgregationi in diversis familiis, vel in diversis officiis, & idè solus Episcopus proprie Prælati Ecclesie dicitur, & idè ipse solus quasi solus annulum Ecclesie recipit; & ideo solus ipse habet plenam potestatem in dispensatione Sacramentorum, & jurisdictionem in foro caularum quasi persona publica; alij autem secundum quod ab eo eis committitur, Sed Sacramentibus, qui plebibus præficiuntur non sunt simpliciter Prælati, sed quasi coadjutores, unde in consecratione Sacerdotum Episcopus dicit, Quanto fragiliores sumus, tanto magis auscultis indigentibus. Et propter hoc etiam non omnia Sacramenta dispensant. Unde Sacerdotes Parochiales, vel Abbates, aut alij hujusmodi Prælati non possunt hujusmodi indulgentias dare.) Hæc S. Thom. quæ similiter dicit communiter receptum Navar. de indulgent. in 31. notat. n. 5. Et propterea indulgentias non concedit Vicarius generalis Episcopi, nec Vicarius Capituli sede vacante, quamvis habeant ea, quæ jurisdictionis sunt, ut latè probat Calder. in cap. Nostro, sol. penult. & fin. de peniten. & remiss. quem sequitur Navar. in d. not. 31. num. 6. & tenent Archid. in cap. Romana, circa finem, vers. Multo igitur sortius, de peniten. & remiss. lib. 6. licet subdat multos contrarium facere abulivè, quem sequuntur hic Io. Andr. num. 2. in fine, Butr. num. 4. vers. Ex his patet quid juris sit de Capitulo sede vacante. Anchar. eod. num. vers. Et ex prædictis. Nec valet contraria consuetudo, ut pluribus probat Cardin. S. Sixti in tract. de indulgent. art. 5. licet in hoc aliud videatur sentire Navar. ubi supra n. 6. vers. Etiam si consuetudo haberet contrarium quæst.
- Quod facit contra Generales Ordinum Regularium, & Provinciales, qui nullis privilegiis suffulti præsumunt indulgentias suis subditis largiri, nam quidquid contra scripturæ Eman. Rodicque quæst. Regular. tom. 2. quæst. 86. art. 1. vers. Secundo dico,

14
 dico, agunt contra determinationem Concilij generalis, de qua hic, & contra doctrinam D. Thomae, & communem, & graviter peccant, ut innuit littera hujus textus ibi, *Et abbatum providere salutem, nec non ibi, si proprium voluerit periculum evitare, secundum Hostien. num. 7. in ver. Saluti, & lo. Andr. num. 4. in eod. ver.*

20 QVAERO, Utrum Abbates nullius diœcesis habentes omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem in Clericis & populum exclusivè Episcopis, possint causas matrimoniales, & criminales cognoscere.

Ratio dubitandi oritur ex decreto Tridentini Concilij in cap. 20. §. *Abbas, sess. 24.* ubi discretis verbis statuitur, ut causas matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam visitando; sed Episcopi tantum examini, & jurisdictioni relinquuntur; & in fine derogatur privilegijs, indultis, & contentibus quibuscumque; quo quidem decreto etiam Regulares comprehendendi, censuit S. Congregatio.

21 Et augetur difficultas, quia causa matrimonialis non tractanda potest quolibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habent iudicandi, & statuta Canonum non ignorant, cap. 1. de *consang. & affinit.* & ibi DD. cum sint graves, cap. *Causam matrimonij*, & ibi Abb. de offic. Deleg. & cap. *Si pro debilitate*, ubi Dec. num. 35. eodem tit. Ferrer. cons. 196. & seq. Et ob hanc rationem in Curia habet ex usu delegare causas matrimoniales Episcopis, etiam alios adiungit ponit clausulam, *Quod si non omnes tu frater Episcopo*, ut hic testatur lo. Andr. num. 1. in fine, in ver. *Matrimonialibus*, Butr. & Anchar. uterque in primo notat. Item & criminales cum matrimonialibus propter eorum arduum tem à pari procedunt DD. in cap. 1. de *restitu. in integr.* & in cap. *Ad nostram*, de probat. glof. in l. 3. §. *Quicumque*, & ibi Butr. Paul. de Caste. Alex. & alij, ff. *de iur. iur.* Bald. in d. cap. *Ad nostram*, col. 1. Unde non mirum si Concilium in illarum cognitione, ac diffinitione non confidit de inferioribus Prelatis: hac enim ratione utrum est illis verbis, & aliorum inferiorum, quorum virtute veniunt omnes illi qui sunt Episcopi inferiores, & in specie Abbates, ut colligitur ex glof. in c. *Cum ab Ecclesiis*, in ver. *Ecclesia, de offic. Ordin.* & notatur per DD. in cap. *Auditis, de prescript.* Quinimo ad majorem inferiorum omnium exclusionem Concilium loquitur est per dictionem taxativam, tantum, ibi (Sed Episcopi tantum examinandi, & jurisdictioni relinquuntur) de cuius quidem dictionis natura est ponere quod affirmat, & præter id quod ponit, omne aliud excludere, l. 2. C. de *patr. qui filios dextrax.* l. *Contractus, de regul. jur.* cap. *Cum Ecclesia Superioris, de caus. posses.* & proprietas, cap. *Contingit*, & ibi Felin. de fid. in *strum*, Bartol. in l. *Præca, ff. Si quis jus dicenti non obtemper.* habet enim negativam implicitam, & ideo negat omnia non expressa, Gemm. cons. 76. num. 3. verif. *Contrarietas*, Ancharan. cons. 77. Visi, & num. 4. & 5.

22 Ita habet ex usu delegare causas matrimoniales Episcopis, etiam alios adiungit ponit clausulam, *Quod si non omnes tu frater Episcopo*, ut hic testatur lo. Andr. num. 1. in fine, in ver. *Matrimonialibus*, Butr. & Anchar. uterque in primo notat. Item & criminales cum matrimonialibus propter eorum arduum tem à pari procedunt DD. in cap. 1. de *restitu. in integr.* & in cap. *Ad nostram*, de probat. glof. in l. 3. §. *Quicumque*, & ibi Butr. Paul. de Caste. Alex. & alij, ff. *de iur. iur.* Bald. in d. cap. *Ad nostram*, col. 1. Unde non mirum si Concilium in illarum cognitione, ac diffinitione non confidit de inferioribus Prelatis: hac enim ratione utrum est illis verbis, & aliorum inferiorum, quorum virtute veniunt omnes illi qui sunt Episcopi inferiores, & in specie Abbates, ut colligitur ex glof. in c. *Cum ab Ecclesiis*, in ver. *Ecclesia, de offic. Ordin.* & notatur per DD. in cap. *Auditis, de prescript.* Quinimo ad majorem inferiorum omnium exclusionem Concilium loquitur est per dictionem taxativam, tantum, ibi (Sed Episcopi tantum examinandi, & jurisdictioni relinquuntur) de cuius quidem dictionis natura est ponere quod affirmat, & præter id quod ponit, omne aliud excludere, l. 2. C. de *patr. qui filios dextrax.* l. *Contractus, de regul. jur.* cap. *Cum Ecclesia Superioris, de caus. posses.* & proprietas, cap. *Contingit*, & ibi Felin. de fid. in *strum*, Bartol. in l. *Præca, ff. Si quis jus dicenti non obtemper.* habet enim negativam implicitam, & ideo negat omnia non expressa, Gemm. cons. 76. num. 3. verif. *Contrarietas*, Ancharan. cons. 77. Visi, & num. 4. & 5.

23 Huic autem privilegio nulla ex parte derogavit Tridentina Synodus in d. cap. 20. §. *Ad hac*, sess. 24. qua non eadem ratione Abbates sunt inferiores Episcopis, sicut Decani, & Archidiaconi, quorum meminit Concilium; cum Abbates, de quibus agitur habeant dignitatem excellentem, & primam post Episcopalem, Bald. in cap. *Pastoralis*, in glof. in ver. *Superiores, de offic. deleg.* ubi etiam Felin. col. 4. Lap. all. gat. & 4. Dominus Papa, num. 11. verif. Item Abbatis, ubi determinat Abbatiæ non venire sub nomine dignitatum, cum sit speciali nota digna, & dicatur in primo dignitatis gradu, sicut Episcopatus, & cæteras appellari inferiores dignitates; allegat textum in cap. *Si quis digne*, 16. quæst. 7. Et cum habeat in proprio territorio jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem privativè ad Episcopum, veniunt appellatione Diœcesani, etiam in materia nova, & præjudiciali, secundum Abb. in Clem. *Diœcesanis, de vir. & honest. Cler.* & tenet glof. in Clem. 1. §. *Polimus*, in ver. *Diœcesanis*, quam ibi sequuntur Cardin. in 4. quæst. num. 2. Imol. num. 28. Vital. num. 4. & Abb. num. 15. de *for. compet. gl. Pragmatica*, in d. tit. de annuis, verif. in *diœcesani*, pag. 117.

24 Et confirmatur ponderando aliud decretum Concilij, nempe cap. 2. sess. 25. ubi cum per similia verba taxativa statutum fuerit, ut excommunicationes pro rebus deperditis, seu monitoria ad finem revocationis à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernantur, S. Congregatio decla-

26 ravit Abbates nullius diœcesis habentes Episcopalem jurisdictionem non posse ejusmodi monitoria decernere; sed illa petenda esse à Sede Apostolica, Et in individuo cum Cardinalis Farnelius obtinens in Commendam Abbatias S. Zeni, & Farafe, in quibus habet jura Episcopalia, dubitasset an posset concedere excommunicationes ad finem revocationis, Sacra Congregatio respondit non posse.

27 Et quod spectat ad causas matrimoniales, cum esset quæsitum an facultas remittendi denunciationes competeret Commendatario, cujus Abbatia jura Episcopalia habet, & appellatione Ordinarii venit, juxta cap. *fin. de offic. Ordin.* in 6. Sanctus respondit decreto ca. 1. sess. 24. de *reformat. matrim.* appellatione Ordinarii non venire alium, quam Episcopum; & tamen decretum dicti cap. nec loquitur expressè de Episcopo, nec per dictionem taxativam, sed simpliciter de Ordinario ibi, *Nisi Ordinarius ipse expediat iudicaverit, ut prædicta denunciationes remittantur.*

28 Denum in terminis d. §. *Ad hac*, cum dubitatum fuerit an vera illa, aliorum inferiorum, intelligantur de Abbatis, cum decretum faciat mentionem Archidiaconi, post quem non videtur de Abbatis intellexisse, & nullus Canon eos nominet post Archidiaconos, sed semper præmittat Abbates, ut in cap. 1. de *at. & qual.* cum concordant S. Congregatio censuit intelligi, & hanc ordinem non servari.

Verum his non obstantibus, contraria opinio est vetior; nam omnia disputatione an Abbates possint acquirere facultatem cognoscendi causas matrimoniales, & criminales cum omnimoda jurisdictione, & territorio separato in vim præscriptionis, seu constitutionis in quo Canonistæ non conveniunt, ut constat ex Abb. in cap. *Cum contingat*, num. 18. de *foro compet.* tamen indubitanter est huiusmodi territorium cum jurisdictione quasi Episcopali privativè ad Episcopum posse acquiri ex privilegio Papæ, ut per Host. Ant. de Butr. & alios communiter in d. cap. *Cum contingat.*

29 Huic autem privilegio nulla ex parte derogavit Tridentina Synodus in d. cap. 20. §. *Ad hac*, sess. 24. qua non eadem ratione Abbates sunt inferiores Episcopis, sicut Decani, & Archidiaconi, quorum meminit Concilium; cum Abbates, de quibus agitur habeant dignitatem excellentem, & primam post Episcopalem, Bald. in cap. *Pastoralis*, in glof. in ver. *Superiores, de offic. deleg.* ubi etiam Felin. col. 4. Lap. all. gat. & 4. Dominus Papa, num. 11. verif. Item Abbatis, ubi determinat Abbatiæ non venire sub nomine dignitatum, cum sit speciali nota digna, & dicatur in primo dignitatis gradu, sicut Episcopatus, & cæteras appellari inferiores dignitates; allegat textum in cap. *Si quis digne*, 16. quæst. 7. Et cum habeat in proprio territorio jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem privativè ad Episcopum, veniunt appellatione Diœcesani, etiam in materia nova, & præjudiciali, secundum Abb. in Clem. *Diœcesanis, de vir. & honest. Cler.* & tenet glof. in Clem. 1. §. *Polimus*, in ver. *Diœcesanis*, quam ibi sequuntur Cardin. in 4. quæst. num. 2. Imol. num. 28. Vital. num. 4. & Abb. num. 15. de *for. compet. gl. Pragmatica*, in d. tit. de annuis, verif. in *diœcesani*, pag. 117.

Præterea olim in causis matrimonialibus re-

scribatur alijs inferioribus, ut de Archidiacono habetur in cap. *Litteras*, & ibi notatur de *ress. sponsiat.* de Archipresbytero in cap. 1. & ibi glof. in *ver. Coram Archipresbytero, de consang. & affinit.* Præposito in cap. *Proposuit*, de probat. de Abbatibus patet hic, & in cap. 1. & 2. de eo qui duxit in matrimonium, in cap. *Ex parte, de sponsal.* & in cap. 1. de *consang. & affinit.* ex quibus iuribus colligitur satis esse ut huiusmodi inferiores Prælati noverint statuta Canonum, & habeant jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, ut possint eis prædictæ causæ committi. Et idem dicendum de causis criminalibus, cum propter illarum arduam rem matrimonialibus æquiparentur, ut dictum est supra num. 22.

31 Hanc autem factorum Canonum dispositionem Concilium Tridentinum censeri non debet sustulisse; quia legum correctio, quantum fieri potest, vitanda est. Sanctus, C. de *testam.* ita ut nisi expressè facta repetatur, induci non debeat, l. *Præcipimus, in fine, C. de appell.* neque enim per subauditum, aut tacitos irreluctus inducenda est legum correctio, ut dicit glof. in cap. *Cupientes*, §. *Quod si per viginti, de elect.* in 6. not. Bart. in l. *Cum oportet, C. de bon. qua liber.* & in l. 2. C. de *ius, & legis heredit.* Quia potius jura iuribus sunt concordanda, cap. *Cum expediat, de elect.* in 6. Alex. cons. 25. num. 14. vol. 5. Unde Concilium extendi non debet ultra Decanos, & Archidiaconos, & illis inferiores jurisdictionem ordinariam non habentes, de quibus loquitur ad correctionem juris communis.

32 Accedit quod ex stylo Concilij, ubi fit mentio de Archidiacono, Decano, & alijs inferioribus, non comprehenduntur Abbates habentes jurisdictionem ordinariam exclusivè Episcopis, ut patet in cap. 3. sess. 14. quod loquitur per eademmet verba, quibus loquitur d. §. *Ad hac*, ut ibi (Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores in ijs Ecclesijs, ubi hæctenus visitationem exercere legitime consueverunt, debeant quidem assumpere Notario de consensu Episcopi deinceps per se ipsos tantum ibidem visitare) & in cap. 14. in fine, sess. 25. de *reformat.* ubi (Supradictorumque omnium cognitio, id est contra Clericos concubinos, non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed Episcopos ipsos pertinet; nec enim in prædictis decretis comprehendit Prælatos nullius diœcesis jurisdictionem quasi Episcopalem habentes in Clericis, & populum privativè ad Episcopum) ut Sacra Congregatio declaravit. Ergo idem dicendum de d. §. *Ad hac*, qui istem verbis utitur, arguendo à solitis, & à stylo loquendi, ad cap. *Cum illi Ferrariensis*, ubi Ant. de Butr. Imol. Abb. & Felin. de *Consuet.*

Et confirmatur, quia Concilium quando voluit comprehendere loca nullius diœcesis, illa discretis verbis expressit, & tunc meminit aut de Episcopo proximiori, aut de Episcopo, intra cuius diœcesis fines ea loca sunt, ut patet in cap. 5. sess. 24. & cap. 10. sess. 25. Ergo cum id non fecerit in cap. 20. §. *Ad hac*, sess. 24. censetur noluisse, ad l. *Præca, ff. Si autem ad deficientes, C. de caduc. toll.* & cap. *Ad authentiam, de Dam.*

33 Ad hæc in locis nullius diœcesis Episcopo nulla per Concilium tribuitur jurisdicção, nisi quoad visitationem iure delegatam, ut patet in d. cap. 9. sess. 24. nam et si ex cap. 10. sess. 23. possit Episcopus

ordinare personas nullius diœcesis, eisque dimissiones concedere, & ex cap. 18. sess. 23. ex beneficijs nullius diœcesis contribuendum sit S. minatio vicinioris Episcopi, tamen in locis istis nullius diœcesis nullam prorsus auctoritatem Episcopus exercere potest, excepta visitatione jure delegata; idemque in loco nullius diœcesis proximior Episcopus non potest facere ordinationes, aut Pontificalia exercere, ut aliis censuit S. Congregatio ad c. 5. sess. 26. At verò causas matrimoniales, & criminales in vim d. e. 20 §. *Ad hac*, sess. 24. Episcopus cognoscere potest, & totum illud decretum loquitur de Episcopo tanquam Ordinario, nec vili sit in nro de potestate delegat. Absurdum autem esset causas huiusmodi Episcopis cognoscere potest, ac diffinire tanquam Ordinarius in locis nullius diœcesis; & tamen jus visitandi, quod favorabilis est exercere non potest, nisi tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus; ergo ad vitandum hoc inconveniens, dicendum est d. §. *Ad hac* ad Prælatos, aut loca nullius diœcesis non pertinere.

35 Præterea quamvis personæ sive seculares, sive regulares curam animarum personarum secularium exercent in his, quæ d. curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, subintmodatè jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi ex decreto c. 11. sess. 25. de *reg.* tamen hæc facultas non competit Episcopo in locis nullius diœcesis, ut S. Congregatio declaravit: quia decretum illud loquitur de locis, ac personis in diœcesi Episcopi existentibus, ut constat ex illis verbis, in *cujus diœcesi sunt sita*; locus autem nullius diœcesis nec est in diœcesi, nec de diœcesi, ut verba ipsa sonant, & dixit Roza de *dec.* 207. nu. 2. par. 2. divers. Item prædicta facultas non competit Episcopo in locis, ubi Abbates Episcopalem, & temporalem jurisdictionem exercent in Parochos, & Parochianos, ut ibi patet in verif. *Exceptis*. Ergo si in prædictis locis Episcopus nullam habet auctoritatem in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum, longè minus dicendum est illam habere in cognitione, ac diffinitione causarum, ad hoc cap. *Cum Capella, de privil.*

36 Ac demum quamvis de stylo Curie causæ matrimoniales, & criminales olim non committerentur Abbatis, sed Episcopis tantum, ut testatur Specul. de *rescrip. præsent.* §. *Ratione forma, vers. Nunc ad destructionem*, Abb. & alij in c. *Si pro debilitate, de off. deleg.* ubi in specie Dec. nu. 10. & 11. & validum sit argumentum à stylo Curie, c. *Venerabiles, de confirm. aut. vel in util. cap. Ex litteris*, & ibi Abb. de *Consuet.* glof. in Clem. 1. §. *Sicus, de concess. præb.* & lo. Andr. in c. *unico, de revent. servatum* in 6. tamen stylo hunc non fuisse semper servatum vel ex eo conijci potest, quod per multas Cæcretales supra relatas nu. 30. causæ huiusmodi reperuntur commissæ Abbatibus. Præterquam quod talis stylos esset contra jus commune, ac proinde non observandus per ea, quæ tradit Ant. de Butr. in c. *Cum tanto, nu. 45. de consuet. Abb. in c. unicus, nu. 5. de servat. in ord. facien.* Sed quidquid sit in alijs inferioribus, certe in Prælati, de quibus loquitur cessat omnis difficultas, quia S. Congregatio jam declaravit Abbatibus sic committendas dispensationes matrimoniales, litteras in forma significavit, aliaque huiusmodi quoad eorum subditos, si